ZENODOTEARUM QUAESTIONUM

SPECIMEN I.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS
DIE XXXI. M. IULII A. MDCCCLII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENSURUS EST
AUCTOR

WOLDEMAR RIBBECK
ERFORDIENSIS.

ADVERSARII ERUNT:
G. LUETTGERT, PHIL. DR.
B. BUECHSENSCHUETZ, PHIL. DR.
F. KUETTNER, PHIL. STUD.

BEROLINI,
TYPIS TROWITZSCHII ET FILII.

AUGUSTO · BOECKHIO

PRAECEPTORI

PIE · COLENDO

SACRUM

„Est nobis voluisse satis."

Quod ad Aristarchum fieri non potest, ut majoris aliquid momenti addatur iis, quae acceperunt viri docti de Homericis ejus studiis. opus est quam maxime ad Zenodotum. Nam cum Lehrsius φιλολόγου illius ἀνδρὸς imaginem ad summam veritatem expresserit, ita ut pauca sint non illustrata criticae Aristarchi rationis, eaque talia quae sciri non possint: is qui primus omnium artem criticam, qua vigebat, docuit discipulos, multum abest ut ex ulla parte plane sit cognitus. Cujus rei causa non minima in eo posita est, quod magis ad hoc tempus simulatum est de ejus vestigiis quaeri, quam quaesitum. Aut enim fallor, aut plerique non tantum non id egerunt, ut quaecumque nostrae memoriae de illo mandata sunt, ex fontibus eruerent, puraque et sincera et in suas partes digesta proponerent, sed animo sibi finxerunt optimum Zenodotum, si rediret ab inferis, de fastigio gloriae despecturum eos, qui post ipsum in eandem incubuerant artem, quasi primum criticum consentaneum sit etiam principem omnium futurum fuisse: itaque posthabitis tam ratione, quam grammaticorum testimoniis judiciisque sua commenta in

publicum edere maluerunt. Inter quos nemo superioris est nominis, quam Henricus Düntzer[1]), qui, quae cum sagacitate sunt investigata, denuo addubitare minime veritus, postquam Lehrsius Aristonici et Didymi de Zenodoti lectionibus testimonia bene composuit, palam edixit p. 48: „hinc conficitur, ut nulla sit eorum, quibus Aristonicus et Didymus Zenodoteas scripturas adferunt, verborum auctoritas." Quibusnam in locis dubitare non sit hariolari, infra fortasse viderimus: sed etiam priusquam haec examinata sint, non temere mihi videor statuere eum esse longe injustissimum, qui ne quid sui clientis detrahatur auctoritati, in optimae scholae grammaticos logices principiorum non rudes invehat quasi in caecos hebetisque ingenii homines: dum ne eo usque progrediamur, ut horum facultates aut quasi ex omni parte perfectas praedicemus, aut exspectemus ab eorum reliquiis lucem, quam ne integri quidem poterant praestare.

Utrum antecelluerit Zenodoti acumen, an Aristarchi, adhuc sine fructu disceptatum est: utilissimum est hoc, ut quae sciri possint dilucide exponatur. Quamquam modum in ea re iustum nec expleri recte nec sapienter teneri nisi a peritiore horum studiorum posse, facile equidem concedo.

Ipsum autem priusquam intremus quaestionis limen, praemittenda sunt nonnulla de potissimo fonte ejus — nam si omnes huc conferremus post Düntzerum, actum ageremus — eoque non modo uberrimo sed etiam antiquissimo, scholiis Homericis. Quae in cod. Ven. A. extant grammaticorum reliquiae quanti sint aestimandae

---

[1]) in libro: de Zenodoti studiis Homericis. Gott. 1848.

et qua ratione in hanc formam redactae, post Lehrsium a Pluygersio[2]) et Beccardo[3]) satis est illustratum. Aristonicus et Didymus[4]) Zenodoti sententias potissimas propterea servarunt, quod Aristarchi maxime respexerunt Homericam recensionem, qui pro fundamento, etsi reprehendendi plerumque causa, Zenodoteo usus fuerat opere. Non enim nisi hac via efficere potuit, ut ejus auctoritatem ne Apollonii quidem Rhodii libro πρὸς Ζηνόδοτον inscripto (Did. N 657. add. scholl. A 3 B 436 Δ 410 I 153 Λ 97) minutam tolleret suae ipsius recensionis virtutes omnibus ante oculos ponens.

Aristonicus scripsit περὶ ('Αρισταρχου Lehrs. Ar. 8.) σημείων τῶν 'Ομήρου sive τῆς 'Ιλιάδος καὶ 'Οδυσσείας, sive σημεῖα κτλ. Quo in libro eum suam personam plane exuisse et longe maximam partem ex Aristarchi sententia dixisse, licet invitus quasi interdum erraverit, a Lehrsio demonstratum habemus. Desinant igitur tandem aliquando viri docti, dum ad confirmandum Lehrsii inventum exempla afferunt satis ieiuna, tamen eidem detrahere, quasi non ab omni parte probandum sit; id quod nuperrime egit Osannus in libro de notis veterum criticis p. 15. 21. Etiam ubi legitur σημειοῦνταί τινες Aristonicei coloris scholiis praefixum (cf. σημειοῦται sc. 'Αρίσταρχος, e. g. N 237 [Friedländ. Nican. p. 110] O 86, σημειοῦνται Σ 117, ἐσημειοῦντο X 379 [Lehrs. Ar. 16. ἐσημειοῦτο], σημειοῦται ὁ στίχος Δ 117),

---

[2]) De carminum Hom. veterumque in ea scholl. retractanda editione. Lugd. Bat. 1847. [3]) De scholl. in Hom. Il. Venetis A. dissert. Berol. 1850. [4]) Ex parte etiam Herodianus: locis Düntzero notis (p. 2) *A* 567 *N* 450 adde γ 50 cl. ad *A* 294; *A* 754 *M* 295 *Φ* 575.

neminem intellegi nisi Aristarchum Lehrsius probavit (p. 10 sqq.); scilicet epitomator cum apud Aristonicum collatos videret qui obsecuti erant principis sententiae, inertior fuerat, quam qui nomina exscriberet. Iis tantum haud multis locis, de quibus tacentem Aristarchum repererat, ad illius normam conscriptas aut suas Aristonicus aut quas discipuli jam attulerant (Ammonius T 367) adjecit notas. Sed non ubicumque nunc inveniuntur ἰστέον, σημειωτέον, σημειώσαιτο ἄν τις sim. ante epitomatorem fortasse frequentiora, Aristonicum audimus: nam haud raro alieni ab Aristarchi doctrina usurparunt illa verba.[5]) Ex Aristarcheis scriniis sunt deprompta quae leguntur ad: B 42 ABDL (add. Π 9 D) 48 BL (add. Pluyg. p. 11 Aristonici verbis e cod. καὶ ὅτι ὄρος ὁ Ὄλυμπος. διὸ καὶ μακρός) 184 D. O 71 D. Π 574 L. Γ 374 DL (E 370). Δ 374 A. Z 526 L. Θ 306 D. 338 D. Λ 102 BL. M 283 L. 287 AB. O 11 A. 412 ABDV. Π 403 L. Σ 265 AV. Ψ 36 A. X 379 VD (sic Bekker. an AD?) Eandem materiam ante Aristonicum quamvis tractaverit Dionysius Thrax (Arist. M 301. O 86. 571. P 24. 125. T 49. X 379. O 712. Π 810.) in libris πρὸς Κράτητα (Did. I 464), περὶ ποσοτήτων (id. B 111), aliis oblata occasione, nec non Ammonius (schol. T 365.

---

[5]) *A* 1 A (Lehrs. Ar. 137. sq.) 234 AD. *B* 81 L. 220 AD post Aristonicum. 494 AD extr. 572 Ld. *Γ* 119 BL. 218 AD. 273 BL. 306 A. *Δ* 2 ABD. 315 AD cl. Ariston; 329 AD. 508 ABDL. 539 A. *E* 5 D. 185 L. 505 L. 531 L. 697 L. *Z* 402 A. 420 B. *H* 474 AD. *Θ* 116 BL. 441 L. *I* 417 L. 443 ABL (διπλῆ ad φράζεσθαι. Lehrs. 93.) 680 A. *K* 6 L. 80 A. 437 AD. *Λ* 458 BL. *M* 263 L. *N* 301 AD. 831 BL. *Ξ* 325 V (Lehrs. 184.) *Π* 9 AL. 57 V. 234 V. 281 L. *P* 40 V. 134 D. *Σ* 253 A (Lehrs. 93.) *T* 268 D. 317 B. *Y* 89 AB. 390 V. *X* 59 A. 188 A (Lehrs. 178.)

add. qui dicuntur τινές apud Ariston. M 211), postea Nemesio quidam aliunde non notus ἐν τῇ τετραλογίᾳ (commentariorum supplet Lehrs. Ar. 35. Did. K 39): peculiare huic uni rei explicandae institutum opus copia et judicio illustre neminis memoratur. Diogenis enim Cyziceni[6]), quem Suidas dicit scripsisse περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, librum non esse diversum ab eo, unde in schol. A B Θ 296 ἐξήγησις ejus laudatur, et quid legerit, A (V) 441 (διπλῆ ad v. βωμοῖσι. Διογένης ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν et ἐν τοῖς Διογένους. perperam Osannus expressit Δ. ἐν ὑπομνήματι p. 25.), primus Osannus contendit l. l. p. 25 necdum probavit. Lehrsii conjectura (Ar. p. 18) propius ad verum accedere videbitur, si quis in ceterorum Diogeneorum scriptorum catalogo apud Suidam animadverterit librum περὶ στοιχείων. Nec de Philoxeno Osannus mihi quidquam persuasit (p. 26 sqq. 308 sqq.). Nam ut concedamus, quibus aetatem a doctissimo viro huic scriptori adsignatam evertere conabatur Mauritius Schmidt, argumentis nullam inesse vim, tamen περὶ σημείων ἐν τῇ Ἰλιάδι scripsisse eum praeter Suidam minime testatur schol. Ven. I 219 (p. 27), unde si quis Philoxeno, eodem jure etiam Timotheo talem librum tribuet. Aristonicum hic habemus, qui qualis Osanno notus fuit, non Aristarchi, sed Timothei et Philoxeni interpretationem vocis θῦσαι affert; atqui a tota ejus indole hoc quam plurimum distat, itaque rectissime jam emendavit locum Lehrsius (Ar. 92): ὅτι θῦσαι οὐ σφάξαι, ὡς Τιμόθεος κτλ.; neque quisquam dubitabit, quin ex libro

---

6) G. J. Voss. de historicis Gr. ed. Westermann p. 430. Marquardt: „Cyzicus und sein Gebiet" p. 171.

Philoxeni περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν (Suid.) Aristonicus falsae interpretationis hunc auctorem addiderit: apud Didymum Τ 471, etiamsi eum non emendasset Lehrsius (p. 24), de signo ne in codice quidem appicto nihil reperitur, scholia vero Χ 28, ubi iterum signum desideratur, et Ε 638 Herodiani sunt, ut substitui velim προσῳδιῶν in locum Suidae voci σημείων. Quin etiam ipse Osannus in librum περὶ προσῳδιῶν incidit ex conjectura p. 316, cujus testem habemus Nicanorem Α 231. Ex hoc aliove scripto exceptis σημείοις decerpta sunt, quae de Philoxeno feruntur Α 575 Β 269 Κ 290. Herod. Ε 887 Ν 809 Ο 676 Π 669 Σ 410 Ω 665.

In hoc potissimum libro suam Aristonicum dixi exuisse personam; praeterquam enim quod alium ejusdem generis περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ ϑεογονίᾳ Ἡσιόδου[7]) Suidas laudavit et ἀσυντάκτων ὀνομάτων βιβλία ϛʹ, Photius 104 b 40 Bekk. τὰ περὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Μουσείου, ex schol. Pind. Ol. 1, 33. 3, 31. 7, 153 hujus quoque poetae carminibus explicandis operam eum dedisse constat; commentarios Aristonici ad Homerum diversos a σημείοις extitisse ostendit Lehrsius, in quibus suam sententiam Aristarcho etiam opponere ille ausus est; id quod exemplis tantum non omnium illius temporis grammaticorum doceri potuit. Testes afferri possunt hi: non sine dubio Herod. Γ 198 (ubi Pluyg. p. 11 emendavit ὅς τ' ὀίων codicis scripturam ὡςτ' ὀίων), nam non desunt loci, ubi nil nisi prosodiam etiam Aristonicus in σημείοις attigerit: Α 364 (add. Pluyg. 8 e cod. ὅτι τὸ βαρυστενάχων κατὰ βραχεῖαν τάσιν) Δ 153

---

7) Mützell de emend. theog. 288. Lehrs. Ar. 4. Et. Or. 96, 27, quo cf. Ariston. Ξ 25. schol. BD Υ 277.

E 269 (708. H 221) Θ 233 Λ 201 (M 216) Ξ 421 O 432 Φ 542 Ψ 1. 523, ut eos omittam, ubi ad interpretationem spectat prosodia [8]); Strab. 1, 101. Serv. ad Aen. 3, 334, ubi Beccardus (l. l. p. 17) non recte intellexit historicum Tarentinum (cf. Phot. 147 a 18. b 22.), quem si in mente habuisset Servius, dixisset „Alexarchus et Aristonicus historici Graeci"; sine dubio schol. A K 252 οὕτως καὶ Δωρόθεος — ἀποτεινόμενος πολλὰ πρὸς Ἀριστόνικον καὶ Τρύφωνα ἄλλως γράφοντας, ubi quod in σημείοις dixerat, servatum est: ἡ διπλῆ διὰ τὸ πολυθρύλλητον ζήτημα καὶ τὰς γεγονυίας ἀποδόσεις. A B N 134 ὁλοοίτροχος· Δημήτριος ὁ γονύπεσος δασύνει — οὕτως δὲ καὶ — Ἀριστόνικος, ubi cum Aristarchus certi nihil edidisse videatur, in σημείοις locus non erat de illo dicendi. Ceterum utrumque scholion a Lehrsio Ar. p. 5 tributum Herodiano, in προσῳδίας editione omissum Beccardus p. 20 iterum ejus nomini adscripsit, sicut Didymi fragmentum Λ 323 a Pluygersio p. 7 emendatum: οὕτως χειρὸς ἑλόντε ἀγέμεν Ἀρίσταρχος (sic scripsit Zenodotus perspicuitatis causa ἆσσον ἰόντε ὅτε Λ 567, sed ποιμαίνοντ' uterque Λ 106). Aristonici διπλῆς explicatio in Nicanoris nota etiamnum cognoscitur 322: τὸ δὲ ἀγέμεν ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ ἄγε (l. ἄγετον): postremum ne ad K quidem 398 Herodianum habemus, sed totum Aristonicum, quem Didymus in suum librum transtulit. — Accedit Et. Gud. 348, 20 a Beccardo primo huc collatum, ubi disertissime pronuntiatur quod quaesivit Lehrsius (p. 6)

---

8) A 129. 141. 277. *B* 269 *Δ* 141 *E* 638 *Θ* 209 *I* 153. 225. 378. 509. *K* 466 *Λ* 636 *M* 56. 60. *Π* 31. 123. *P* 240. 242. *Σ* 37[t] *T* 402 *Ψ* 34 *Ω* 318.

apud Ammonium: οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἰλιάδος Ἀριστονίκου. (cf. Et. M. 934. Os. p. 15.) Idem Beccardus p. 21 non minus certum commentariorum ad Odysseam testimonium invenisse sibi videtur emendato Et. Gud. 334, 12: οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἀριστονίκου εἰς φ (407) Ὀδυσσείας pro Ἀνδρονίκου εἰς τὸ δός (Ἰλιάδος), is quidem satis audacter. Quo de loco si quis ex me quaereret, quid sentiam, proponerem: [εἰς τοὺς] Ἀνδρονίκου ἐπιγόνους cl. Ath. 584 D, ut jam ille, qui in Crameri anecdd. Par. 4, 75 scripsit εἰς τὴν Ὀδύσσειαν, proluserit (cf. Osann. p. 23) Beccardi conjecturae.

Sed frustra fortasse videbimur his testimoniis usi. Osannus enim (p. 15 sqq.) quamquam argumentis Lehrsii commentum haudquaquam sustulit, tamen persuasum habet Aristonici commentarios nullos extitisse, neque quisquam nescit quanta sit auctoritas viri in hoc potissimum loco. Sententiam hanc professus est: Etymologi ὑπόμνημα Ἰλιάδος Ἀριστονίκου, „quo nihil planius, nihil certius in Lehrsii rem“, nil esse nisi aliam significationem pro σημείοις, quibus etiam in decimi octavi libri subscriptione additum sit μετὰ ὑπομνηματίου: quod cum in reliquorum exitu non inveniatur, quid esse planius, quam quidquid in scholiis sive apud alios scriptores ex Aristonico referatur, ad σημεῖα pertinere? Conclusionem ut primam examinemus, satis mirari non possum, unde scholiorum subscriptio argumento sit in ceterarum reliquiarum loca indaganda; in scholiis enim quae cognoscas Aristonicea, etsi concedimus, pleraque omnia esse σημείων, ut quae Aristarcheam continuerint doctrinam: nullos nostrum composuisse commentarios omnino non constat;

illud autem ὑπομνηματιον prorsus nullius momenti est: tantum enim abest, ut idem significet, quod σημεῖα, ut lectoris alicujus sit, qui brevius esse dictum σημεῖα pro περὶ σημείων nescivit, et explicatas ab Aristonico notas criticas in indice frustra quaesivit. In ὑπομνήματα quadrat, non in σημεῖα, quod dixit Osannus p. 17: permulta in his libris olim contenta fuisse, quae ad res ab Aristarcho tractatas pertinuerint corrigendas, quae tamen cum fortasse non essent satis certa, a posterioribus grammaticis sunt neglecta. Quae cum ita sint, Suidas v. ἀκοστώσαις ἡμιόνοις (Becc. 19. Os. 20), ubi unam tantum affert ex Aristonico sententiam pro certa pronuntiatam, non σημεῖα mihi videtur, in quibus ad Z 506 res in dubio linquitur, sed ὑπομνήματα respexisse. sed accommodavit compilator vocem γενομέναις voci ἀκοστώσαις, omittens cuinam loco grammaticus hoc adnotasset, cum non mutaret v. πληρωθείς (l. πληρωθεῖσα). huc enim usque sunt verba Aristonici. Non liquet de Et. Gud. 248, 58. Favor. eclog. 357, 31. Cram. anecdd. 1, 78.

Quae restant Aristonici, collegerunt post Lehrsium Beccardus et Osannus, praeter scholia. equidem nil habeo quod addam, nisi non probatam mihi esse Lehrsii emendationem (p. 3) ad Et. Or. 94: λάρυξ ὁ λαιμός pro λ. ὁμοίως prae Larcheri: nam si λάρυξ non est diversum a λαιμός, non potest dici: διὰ τοῦ λαιμοῦ καὶ λάρυγγος τὴν ἀπόλαυσιν ἔχομεν τῶν τροφῶν. Is qui scripsit glossam, alium intellexit λαιμόν, alium λάρυγγα, itaque emendatione fortasse omnino non est opus, sed ὁμοίως referendum ad commune vv. λαιμός λάρυξ etymon ΛΑ, ut initium glossae sit praecisum. Nec magis assentior Beccardo, qui p. 19 Et. M. 41, 36 legendum jubet (ex schol. χ 165) ὁ ὀλοθρευτικός,

ὀλέθρου ἄξιος· Ἀριστόνικος δηλοῦν λέγει τὸν ἀδηλοποιόν pro οὐ γὰρ ἄξιος Ἀ. δ. λέγων κτλ. nam differunt aliquantum inter se vv. ὀλοθρευτικός, i. e. perniciosus, et ὀλέθρου ἄξιος, i. e. dignus interitu.

Ceteris omnibus signis criticis magis huc pertinet διπλῆ περιεστιγμένη, qua primum Aristarchum usum fuisse constat:

1) Ex anecdoti verbis a Bekkero in praef. ad scholiorum corpus p. III. ex Veneti codicis expressis fol. 8: [9]) πρὸς μὲν δὴ Ζηνόδοτον αὐτῷ ἡ παράθεσις τῆς περιεστιγμένης διπλῆς πρὸς ἑκάστην γραφὴν ἀκριβέστερον θεωρεῖται 2) ex Osanni anecdoto Romano II: τῇ δὲ

[9]) Iterum legitur in hoc anecdoto, quod jam ex Eustathio 953, 4 notum fuerat, Zenodotum scripsisse *Κυλαιμένεα* *E* 576, ne abhorrerent ab hoc loco vv. *N* 644. 656. 658. Quod Osannum (p. 30) praeterisse dolet quam maxime. Nam nisi ipse legissem, numquam crederem non dictum voluisse virum praestantissimum in anecdoto de contextu Homerico, sed de adnotationibus, ubi Z. oblatis occasionibus memorandi Lacedaemonii Pylaemenis ad *B* 649, Nelidae cognominis *Λ* 692 *λ* 286, ex his alterius nomen a littera *K* inceperit. In adnotationibus criticis et vocabulorum difficillimorum interpretationibus, quas marginales sane scripsisse videtur, locus non erat afferendis viris ab Homero plane alienis, justos autem ejus commentarios neque Aristonicus habuit neque Didymus. Sed ut scripserit sexcentos, qui potuit ei in mentem venire, ut alterum Pylaemenem, cui cum altero ne tantum quidem est commune, nomine privaret? — Sequitur aliud excerptum de *διπλῇ περιεστιγμένῃ, ὀβελῷ, ἀστερίσκῳ, ἀστερίσκῳ σὺν τῷ ὀβελῷ* usque ad verba *καὶ πρὸς τούτῳ ἀστερίσκος*. Ceterum hinc apparet (*ὅταν δ' ὁ Ἀγαμέμνων λέγῃ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα κτλ.*) scholion, quod speciem fert Aristoniceam *Α* 177, esse tunc demum adjectum ab homine non satis gnaro Homericorum carminum, cum obelus asterisco praepositus evanuisset. v. Ariston. *E* 891. — In postrema parte de hoc atheteseos genere quasi prorsus novo iterum disputatur, novum exemplum affertur. Si omnia ex eodem fonte sunt hausta, non unus hausit.

περιεστιγμένῃ πρὸς Ζ. τὸν διορθωτήν 3) ex Veneto II. a Villoisone in prolegg. et Siebenkeesio in antiquarum literarum Bibliotheca Gottingensi 3, 71 edito: ἡ δὲ π. δ. πρὸς τὰς Ζηνοδότου (καὶ Κράτητος γραφὰς καὶ αὐτοῦ Ἀριστάρχου) 4) ex Osanni anecd. Rom. I.: ἡ δὲ π. δ πρὸς τὰς γραφὰς τὰς Ζηνοδοτείους (καὶ Κράτητος καὶ αὐτοῦ Ἀριστάρχου καὶ τὰς διορθώσεις αὐτοῦ) 5) ex anecd. Parisino edito a Theodoro Bergk (cf. Osann. p. 327 sqq.): „diple periestigmene apponebatur quae Zenodotus Ephesius non recte adjecerat aut detraxerat aut permutaverat." — Sed non iis tantum locis, ubi aliam sequebatur Aristarchus lectionem ac Zenodotus, fortasse eorum quoque maxime insignibus appinxit, ubi facultas erat refutandi quae ille alicubi dederat,[10]) neque ulla alia re factum est, nisi librariorum inertia, ut hodie totiens ἀπερίστικτος pro περιεστιγμένῃ conspiciatur, aut in margine alterum signum, alterum in scholiis.

Quod in anecdd. Ven. II. Rom. I. adjectum est: καὶ Κράτητος καὶ αὐτοῦ Ἀριστάρχου, jam credere Osanno non dubito inesse in illis scriptiunculis, quae ad Aristarchum non pertineant, sed interpretationem illius particulae quam dedit, amplecti vereor. Quamvis enim

---

[10]) E. g. *Α* 55 cl. ad *Β* 55, *Α* 310 ad 143, 320 ad *Ε* 576 (itaque non usque probandum, quod in illo cod. Veneti fragmento extat: σημειοῦται δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀπεριστίκτῳ διπλῇ τὰς ὁμωνυμίας ἁπάσας), *Β* 122 ad *Θ* 562, *Γ* 333 ad *Ξ* 118 *Ω* 486 ζ 256, *Γ* 279 ad praecedentem; *Κ* 175 *Ν* 692 ad *Τ* 239, qui versus in codicis lacunam incidit; *Μ* 346 ad 359 (Lehrs. Ar. 84), *Σ* 236 ad *Δ* 478, *Δ* 384 (ubi Pluyg. 8 add. e cod. ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄγγελον) ad *Γ* 206, *Η* 250 ad *Π* 807, *Ν* 10 ad *Κ* 515. Reperiri locos, ubi corrupta sit περιεστιγμένη ex ἀπεριστίκτῳ, et ἀπερίστικτος ex περιεστιγμένῃ, non est quod moneam, sed in eos altius inquirendum.

in nulla Zenodotea scriptura adnotanda διόρϑωσις Aristarchea non respiciatur, Cratetem, quantum nunc apparet, nusquam pupugerat Aristarchus hoc signo, nisi forte ἀνωμαλίας auctor audacissimo critico saepius obsecutus erat. Contrarium scripsit Osannus p. 12: „adde quod haud minoris momenti est, in his doceri diplam punctatam non solum ad Cratetis, quod fortasse ferri posset, sed ad ipsius Aristarchi lectiones designandas adhibitam esse, id quod ab ipso factum esse nemo sibi persuadebit." Ceterum ex Aristonico fluxisse non possunt illa non Aristarchea, quibus ne γλωσσογράφους quidem et ἑτεροδόξους debebat adnumerare vir doctissimus: glossas enim multo ante Aristarchum scribere solebant. v. Ariston. Γ 43 Δ 315 Ι 324. 404. 540. Κ 226 Ν 426 Ξ 155 Π 822 Ρ 151 Σ 540 Ψ 662. 679. Ω 164. schol. B Η 231 Ψ 454. D Τ 27. V Σ 378 Χ 322 Ψ 445: tam inepte interpretari nemo poterat post Aristarchum. Semel tantum in schol. L Ο 324 audimus: οἱ δὲ γλωσσογράφοι, ἤγουν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος (Ἡλιόδωρος Ritschelius bibl. Alex. p. 142 post Valckenaerium), quod scholiastae deberi O. Schneider ostendit in censura Düntzeri (act. lit. Jen. 1848, n. 217). — Nec difficile erat emendatu abrupte, immo omnino non Graece dictum ἑτεροδόξους ἐκδεξαμένους in Romano anecdot. I: ἑτεροδόξως ἐκδ., qui non diversi videntur esse a Veneti I anecd. νέοις et scholiorum νεωτέροις, i. e. non grammaticis (propter Eustathii παλαιούς), sed poetis recentioribus (οἱ μεϑ' Ὅμηρον Ariston. Β 2). Plura possem afferre, quae aliter statuenda duco atque Osannus, si meum esset hoc in loco censuram libri edere, qui fortasse ne potuit quidem omni levitattis cujusdam nota carere, cum ex

Cobeti scholiorum editione a Pluygersio nuntiata novam lucem in hanc signorum materiam redundaturam esse exspectetur. Heliconiae Iliadi jam est satisfactum in Schneidewini Philologo 1851 p. 570.

Sed erroribus cum Aristonici breviarium non fuisset vacuum, Didymus (quem Bernhardius ante illum scripsisse mire contendit in hist. lit. Gr. II, 114) in majore opere περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως inscripto suscepit accurate dispositis omnibus tam fontibus quam auxiliis, praecipue συγγράμμασιν et ὑπομνήμασιν (Lehrs. 25 sqq.), et utraque carminum editione (περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως) inter se diligenter comparata eruere quid legerit Aristarchus, quid reprehenderit in superioribus, adjiciens e commentariis argumenta quibus ductus ille alium codicem praetulerit alii, neque omittens quas posthabuerat lectiones. Quodsi hic quoque magis praeparavit aliorum judicium, quam ipse judicavit, passim tamen emendavit auxitque Aristonici et aliorum σχολαστικὰ ἀγνοήματα (B 111), haud raro minime aspernatus Zenodotea (οὐκ ἀπίθανον, ἦθος παρέχει sim.), nec Aristarchum leviter castigare veritus. Eo magis dolendum est quod tanto plura ejus resecuerunt scholiastae, quam Aristonici, etsi saepius eadem apud utrumque invenerant; nam cum totum illius consilium in hoc libro retineret Didymus, factum est, ut ipsa ejus verba hic illic repeteret, neque possit ubique judicari, uter servatus sit. Certe hac via, quam Henricus Düntzer ingressus est, vereor ne futurum sit, ut numquam lis dirimatur. Scilicet, ut uno exemplo utamur, inde quod O 86 scholiasta Didymi nomen anteposuit Aristonico, (ταῦτα ὁ Δ. ὁμοίως Ἀριστονίκῳ κτλ.) collegit (p. 4.) scholion esse Didymi, cum in praecedente

pagina modo edixisset: „At Didymus nusquam causas illorum signorum explicavit.“ Majoris esset momenti, licet etiam longius a nostra scientia remotum, si quis lucem afferret innumeris illis variis lectionibus cum una voce γράφεται servatis, quae divertissimi pretii sunt, prout vel Didymo auctori debentur vel lectori nescio cui recentissimo, qui suas apposuit conjecturas et glossemata. Quae a voce οὕτως (sc. Ἀρίσταρχος) incipiunt scholia, certius Didymo tribuuntur, librariorum lemmata sive discrepant, sive conveniunt quamquam; ne hic quidem omni supersederi potest dubio, cum et recentiora possint irrepsisse et ex Herodiani potissimum scriptis non pauca receperit epitomator. Praeterea reputanti quam sint scholia tempore hominumque manibus corrupta, quantumque novi praebeatur codicibus BDLV (alieni MLd), in quibus mirum in modum mixta sunt Aristarchea extraneis, mox patebit fieri non posse, ut uno impetu, quid sit statuendum, cognoscas. Neque Aristarchus, neque Didymus aut Aristonicus habuisse videntur exempla ab ipso Zenodoto edita, sed quas οἱ περὶ Ζηνόδοτον emiserant recognitiones (αἱ Ζηνοδότου) grammatici, qui illius contextui defendendo operam dederant, etsi non omnia in adnotationibus eadem cum diligentia pertractarant, quorumque insuper haud raro aliis alia magis Zenodotea visa erant. Hinc intellegitur quid sibi velint ubi inveniuntur δοκεῖ, ἔοικε, φανερός ἐστι Z. sim; Düntzero cum placeat (p. 17) ex uno Aristarcho omnia Aristonicum Didymumque collegisse, eidem viro exactissimo propter Did. M 295 probabitur Aristarchus ipse ex Aristophane omnia sua de Zenodoto hausisse, ut continua appareat grammaticorum παράδοσις, neque ita careant fide Ari-

stonicus et Didymus. Sed quid statuet de Did. Ξ 499: Ἀρίσταρχος δοκεῖ ἀθετεῖν τὸν στίχον? unde tandem hausit Didymus sua de Aristarcho? procul dubio ex ipso, qui tamen omiserat obelum v. 500 apponendum.

De Zenodoti apparatu critico nihil contendi potest certi, cum ne de hoc quidem quidquam constet, utrum Aristarcho, an illi vetustiores manuscripti praesto fuerint. Recensiones quidem, quae κατ' ἄνδρα audiunt, eas habuit, quarum auctores ante ipsum vixerant, quae tamen nec multae erant neque insignes critica ratione: Euripidis, Antimachi, qui cum Platone fuerit paucis annis major, me quidem fugit, unde in excursu XXV. p. XXIX. Spitzner compertum habeat eum cum Apollonio Rhodio „trivisse“ Zenodoti recensionem; Philetae, cujus fuerat μαθητής; Philemonem et Sosigenem superiores esse nostro Düntzer ne verbo quidem probavit (p. 41) post Villoisonem, qui anecdd. vol. II. p. 136 Alexandro dat coaevum Philemonem. Reliquarum editionum de nulla quidquam apparet, nisi de κυκλικῇ, quae cum Zenodoteo nomine quam proxime cohaereat (Lehrs. Ar. p. 30), a Düntzero inepte pro eadem cum κοιναῖς habita; nam ἡ κοινὴ ἀνάγνωσις ea est, quae in κοιναῖς sive in δημώδεσιν obtinebat (Ritschel. l. l. p. 60); ἡ ἐκ Μουσείου qualis fuerit et cujus aetatis, nemo scit (Lehrs. p. 30 probabilem de nomine proposuit conjecturam); πολυστίχου aetatem quidem et indolem O. Schneider recte perspexisse videtur, a Seleuco tamen eam esse editam mihi non persuasit, cui nonnisi semel apud Did. Α 340 jungitur: ex Schneideri sententia sequeretur etiam Cypriam et Creticam eum edidisse; v. Did. Α 381, qui cum taceat ad eam alibi de hoc grammatico (Α 258 Δ 335), inter fontes

videtur eam habuisse διορθωτικῶν (cf. Nican. A 211 Γ 57 Γ 33. schol. V Π 272. 807. A Ω 476. Q α 215. vulg. β 190) ab Attica per Pisistrati ministros confecta longe diversam (v. Graefenhan. hist. philol. 1, 272), post Aristarchum potius a grammatico quodam editam collectis et dispositis quotquot antea pro Homericis valuerant versibus, sed tunc temporis non inveniebantur in exemplis. Supplendum igitur erit A 340 et 381 φέρεσθαι ad vv γράφει et φησίν. Postremo πολιτικῶν quas Zenodotus habuerit, item latet, quamvis omnibus eum fuisse usum contenderit Wolfius; paullatim enim augebantur bibliothecae Alexandrinae: et aliis fortasse erat instructus ille subsidiis, quae Aristarchus aut noluit aut non potuit in quaestionem conferre. In tanta testimoniorum inopia facile intellegitur de majore lectionis alicujus vetustate inde nihil effici, quod Zenodoteo nomini jungitur; nec de auctoritate, cum vel ex vetustissimis codicibus inter se diversis deteriora potuerit eligere. Sed praeter tralaticii contextus curam jam fuerat coeptum etiamsi magis de poetico usu Homeri quam grammatico observari, cui indagando nondum satis adhibuerant diligentiae et assiduitatis, ut aesthetica, si ita licet dicere, critices ratio longe praevaleret reliquis; hic patebat campus conjecturis, quae varii traduntur pretii, latior quam in grammaticis rebus, ubi gladio pauciores nodi expediuntur, quam dubitatio conspicitur viriumque defectus; perpauca enim sunt, in quibus paullo firmiores regulas secutus esse Zenodotus videtur per totam carminum seriem. Ceterum non est necessario statuendum, quaecumque illi tribuuntur, in contextu etiam posita fuisse, cum in margine fortasse spatium fuerit apponendis conjecturis va-

riisque lectionibus, de quibus haerebat judicium, discipuli in recognitionibus non dubitarunt. Quae nunc argumenta ejus in scholiis feruntur, hauserunt non ex scriptis commentariis.

I. Primum quaerendum est, elementa orationis quonam modo Zenodotus constituerit, sive quaenam vocabula Homero tribuenda putaverit, et ad quam potissimum formam haec expresserit.

1. a. Vocabulorum, quae aut admisisse aut a poeta abjudicasse eum tradiderunt grammatici, haecce accipe indeclinabilia. Syllabam δε loci, quo aliquis tendat, nomini non ubique adjecit, etsi potuit. A 169 Did. οὕτως σὺν τῷ δ αἱ 'Αριστάρχου Φθίηνδ'. καὶ ἡ Ζηνοδότου ὁμοίως, sc. Φθίην, recte enim inseruit Düntzer p. 72 propter schol. Reg. et Amstelod. apud Heynium et in Crameri anecdd. Par. 3, 275: τινὲς δὲ χωρὶς τοῦ δέ. Σ 385 παρὰ Ζηνοδότῳ ἡμέτερόνδε. Π 188 Z. — προφόωςδε. secundum tabulam Iliacam a Bergkio editam A 54 constituerat τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορὴν κτλ.; Ξ 340 Did. Ζηνόδοτος καὶ 'Αριστοφάνης ἐπεί νύ τοι εὔαδεν, εὐνήν. — Ad A 65 et huic simillimum 93 in margine διπλῆν περιεστιγμένην, in scholl. nullam ut Zenodoti lectionem servatam habemus; sed quae Herodianus in utroque loco defendit, εἴταρ et οὔταρ — ἠδ' et οὐδ', nescio an haec sint Aristarchi, quem Σ 182 Didymus in altera editione τάρ pro γάρ scripsisse diserte tradat; Zenodoti ea, quae in nostris libris leguntur: εἴτ' ἄρ — εἴθ' et οὔτ' ἄρ — οὔθ'. cf. ad A 8 (Apollon. Dysc. constr. p. 167 Bekk. testatur Zenodotum scripsisse τίς τ' ἄρ σφωι, cum posteriorum Alexandrinorum τίς τάρ σφωε exhibeat de pronom. 43 B. 113 B. Düntzer p. 57 suum errorem Lehrsio

obtrudit.) 115 B 761 Γ 226 E 333 Z 352 Λ 838 M 406 P 475 Σ 6. 182.

B 144 Aristonicus: ὡς κύματα· ὅτι Ζηνόδοτος γράφει φὴ (Bekk. φῆ) κύματα. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ φή ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν. et Ξ 499 Did. ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών· ὁ μὲν Ζ. καὶ τὸν δέ καὶ τὸν φή ἐγκλίνει, ἵνα τὸ φή ταὐτὸν ὑπάρχῃ τῷ ὡς καὶ τὸ μεταλαμβανόμενον τοιοῦτον ᾖ· ὁ δὲ ὡς κώδειαν ἀνασχὼν πέφραδέ τε Τρώεσσιν. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐκδεξάμενος τὸ ἔφη ῥῆμα ὁμοίως τῷ ἔβη δοκεῖ ἀθετεῖν τὸν δεύτερον στίχον. ὅπερ οὐκ ἀναγκαῖον· ποιητικὸν γὰρ ἔθος τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ ἐπαναλαμβάνεσθαι. πρὸς δὲ τὸν Ζ. ὑγιῶς ἀποφαίνεται ἐκεῖνο, ὅτι ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φή ἀντὶ τοῦ ὡς, οἱ δὲ μετ' αὐτόν, ὥσπερ Ἀντίμαχος καὶ οἱ περὶ Καλλίμαχον. Aristonicus (cujus scholion Bekkerus non recte videtur versui 500 adscripsisse, cum in codice ἀπερίστικτος δ. corrupta ex περιεστιγμένῃ in antecedenti, ὀβελὸς ad πέφραδε κτλ. conspiciatur): ἡ διπλῆ, ὅτι ἀναγνόντες τινὲς φὴ (apud Bekkerum ἄτονον) κώδειαν ὑφ' ἕν, ἵν' ᾖ ὡς κώδειαν, προσεπέταξαν τὸν ἠθετημένον. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ φή (apud Bekkerum φῆ) ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν. ἴσως δὲ καὶ Ἀντίμαχος ἐντεῦθεν ἐπλανήθη (sc. non pravam versans Iliados editionem, sed male interpretatus et distinguens orationis partes aeque ac Z., frg. 102) „φὴ (apud B. ἄτονον) γέρων οἶσιν"[1]) εἰπών. δεῖ δὲ ἔξωθεν προσλαμβάνειν τὸ ὡς, καὶ ἀθετεῖν τὸν στίχον· ταυτολογίαν γὰρ περιέχει. postremum cf. quod

---

[1]) φή ῥα γέρων Buttm. Lex. 1, 238. γεράνοισιν Bekk. mire H. Düntzer p. 46 γηράντεσσιν. audacissime O. Schneider l. l. φὴ [δὲ] γέρων οἶσιν [κτίλος ἐς νόμον ἡγεμοεύων sive ἡγεμονεύῃ] ex descriptione exercitus in Thebarum moenia progredientis versum esse citatum conjiciens cl. Il. Ν 492, sed nunc in Schneidew. Philol. VI. p. 523 φὴ γέρον οἶσον.

in praef. Bekk. exhibet p. III. ἢ τὸ ἔφη. ὁ δὲ τοῦτο μὴ νοήσας, ἀλλὰ λαβὼν πάλιν τὸ φη ἀντὶ τοῦ ως, ὑπέταξεν ἐκ περισσοῦ πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα. Ex Aristonici verbis modo descriptis: ἴσως δὲ καὶ Ἀντίμαχος ἐντεῦθεν ἐπλανήθη, dubitasse constat Aristarchum, utrum Homero tantum ignota haec vocula, an omnino non esset Graeca. De hac re quid sit judicandum, satis illustravit Bekkerus in celeberrima Wolfianae editionis censura (act. lit. Jen. 1809 no. 243. cf. Buttm. p. 241) idemque utroque in loco Zenodotum secutus est. Hermannus hymn. Hom. in Merc. 241 emendandum vidit φή ῥα νεόλλουτος. — At dicunt verbi φράζειν apud Homerum significatum ab Aristarcho recte definitum (quem et Did. contra ipsius Aristarchi ἀθέτησιν attulit: ἢ τὸ πέφραδε διεσημήνατο. cf. Lehrs. Ar. 93) multo magis, quam insolitum adverbium obstare huic lectioni: nusquam enim illius activum genus esse εἰπεῖν, sed διασημαίνειν. (Apollon. Soph. lex. Hom. 131, 6 Bekk.) Quod nescio an inde refutetur, quod primarium, unde ille alter exortus demum est, hujus v. sensum ex hoc loco apparet esse δεικνύναι (quem iam Spitznerus in exc. XXV. p. XXXIII. aptum quidem censuit expediendae sententiae, sed ita dixit, quasi nihil sit diversum manu ostendere ab indicando, cum satis improbabili conjectura ὁ δὲ βῆ κώδειαν ἀνασχὼν remotissimo sensu voci κώδεια adjuncto). Ita enim omnia plana fiunt omnisque tautologia removetur: „ut papaveris caput tollens monstravit Troianis et gloriabundus verba fecit“ accusativo κάρη haud difficile suppleto. Sane Spitznerus alias non ita studiose retinens Aristarcheorum, usquam fuisse tale quid vocabuli negat, nisi in Zenodoti ingenio, quippe qui nisi hoc commento tollere non potuerit mole-

stissime ter repetitum „dixit" (exempla hujus pleonasmi quae attulit p. XXVI: Σ 248—253 η 155—158 mirari satis non potui, cum eius modi plus centum ferre liceat, ubi ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν vel jam praemisso simili verbo, sed interjecta relativa pronuntiatione inveniantur). Haec fuisset insaniens sapientia eius, qui deterioris versus compositionis minime dubitabat obelo notare, si inauditum patrio sermoni monstrum voluisset obtrudere, quod nemo aequalium sine commentario intellegeret, id agens, ut unum εὐτελέστατον servaret versiculum, cui duplex inesset tautologia. Verum priore loco Β 144 talis nodus omnino non erat solvendus: hic igitur codices offerebant praeter solitum ὡς rarius φή, quod ut difficilius expeditu recipiendum, certe notandum duxit, cum illic interpretationis esset, omnium exemplorum lectionis ΦΗ utra προσῳδία ad sensus elegantiam aptior videretur. — Ad Ξ 37 ita Aristonicus: ὅτι Ζ. γράφει ὀψαΐοντες. εἴτε δὲ μετὰ πολὺν χρόνον πορευόμενοι ἤθελεν ἀκούειν, εἴτε μετὰ πολὺν χρόνον ἀκούοντες, ψεῦδος. εὐθέως γὰρ ἀκούσαντες ὥρμησαν. καὶ τὸ ὀψά ἀνελλήνιστον. οὕτω γὰρ εἴωθε λέγειν· ὀψὲ δὲ δὴ μετέειπε (Η 399). Didymus: Ἀρίσταρχός φησι Ζηνόδοτον γράφειν ὀψαΐοντες. Hic non dubito, quin quod in posteriore loco Aristonicus posuit, i. e. ὀψὲ ἀίοντες Zenodoteum sit, iterum enim ineptissime finxisset barbarum ὀψά sine omni causa: contra si nunc demum post τειχομαχίαν et pugnam navalem intellegunt reges cladem suorum, optimo jure dicuntur ὀψὲ ἀκούοντες. Tamen nil erat nisi conjectura una littera ε in α mutata, quam praeter aliam lectionis varietatem adnotavit a Ptolemaeo Epitheta servatam (suppleo enim φησὶ Ζηνόδοτον γράφειν) apud Didymum: ὁ δ' ἐπιθέτης

Πτολεμαῖος τῷ ϱ' οἴγ' οὐ ψαύοντες· καὶ λόγον φησὶν ἔχειν τὴν γραφὴν propter v. 129. Düntzer p. 36, ne quid omittam, memoriae errori Aristarcheae tribuit ὀψαΐοντες formam.

Substantiva, quibus Aristarchus Homerum usum fuisse negavit, inter Zenodotea feruntur praeter nomen proprium Ἐνετή B 852 (Aristonicus: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Z. γράφει ἐξ Ἐνετῆς) omni analogiae contrarium — quis enim umquam pro Θεσσαλία dixit Θεσσαλή? —: ἐνύπνιον B 56, ubi Aristonicus: ὅτι Ζ. γράφει ϑεῖόν μοι ἐνύπνιον, οὐ λέγει δὲ ὡς ἡμεῖς, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους, ἐνυπνίως. — ἀλείτη Γ 28: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Z. γράφει ἀλείτας, τὰς ἁμαρτίας ἐκλαμβάνων, κρεῖττον δὲ αὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον λέγεσϑαι ἀλείτην (Et. M. 61, 41 ἀλείτης σημαίνει τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἄδικον διὰ τῆς ει διφϑόγγου, ὡς ἐνταῦϑα· φάτο γὰρ τίσασϑαι ἀλείτην κτλ). perperam scilicet interpretatus erat υ, 121; sed Herodianum quoque abhorruisse ab eius sententia intellegitur ex prosod. Il. I 571, ubi femininum genus ἀλεῖτις attulit masculini ὁ ἀλείτης. — ἔλυμα Δ 137. Did. ἔρυμα· ἡ Ζηνοδότου καὶ Ἀριστοφάνους ἔλυμα εἶχον, οἱονεὶ εἴλημα. satis audax conjectura, cum praeter grammaticos nusquam hoc vocabulum reperiatur, nisi bis in Hesiodi ἔ. κ. ἡ. 430. 436, sed producto υ et significatu dentalis, verbum autem ἐλύειν apud Homerum nihil sit nisi „flectere“, unde ἔλυμος tibia Soph. et Calliae apud Ath. 176 F, neque umquam „velare“, unde ἔλυμος velum, involucrum (Hesych.), excepta Zenodoti lectione parum eleganti A 47 νυκτὶ ἐλυσϑείς (alias nusquam non leni spiritu), quam Aristonicus tradidit ad M 463: nonne enim a ratione discrepat, ira tumentem tenebris velatum animo

effingere, ut iracundiam nemo possit conspicere? potius terror, quo et Nox et Apollo homines afficiunt, est tertium comparationis. cf. Ψ 393 Ω 510 ι 433. Contra v. εἰλύειν uno involvendi sensu usurpatur: Φ 319, ubi schol. V ineptam inter εἰλύσω et ἰλύσω differentiam iniicit; Ε 186 Σ 522 ξ 136. 479 Π 640 ε 403 Μ 286 υ 352. v. Buttm. Lex. 2, 163. Et. M. 333, 48 ἐλύσθη. ῥυμὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη. 'Ιλιάδος ψ'. συνετρίβη, ἐξετάθη, καθερπύσθη· οἱ δὲ παρειλκύσθη, συνεστράφη μετὰ τῶν ἡνίων — ἐγὼ δ' ὑπὸ γαστέρ' ἐλυσθείς (ι 433), ἀντὶ τοῦ κατενεχθείς. in Et. Orion. 63, 28 male nonnulli hoc participium ducunt παρὰ τὸ — εἰλύω — ἀποβολῇ τοῦ ι. Quod H. Düntzer p. 106 indicavit causam emendationis Zenodoteae ad Δ 138 repetitum ἔρυτο, fidem non habeo; an Zenodotus videtur etiam Ε 63 similesque etymologicos versus correxisse? variam lectionem in margine adscripserat. — Quod idem valet de v. ἴχμα Ν 71. Did. γράφεται καὶ ἴθματα (cf. Ε 778). Ζηνόδοτος δὲ καὶ 'Αριστοφάνης ἴχματα (Spitznerus invertit), quod Hesychius interpretatur ἴχνια. Plane otiosum, quod H. Düntzer proposuit p. 86, Aeolice esse dictum ἴχματα pro ἴθματα, et a Zenodoto etiam Ε 778 scriptum, ab Aristarcho male nostro loco sublatum, qui, dum vulgaris vocabuli ἴχνια significatio retineatur, bene explicari non possit. Quaenam est vulgaris significatio? Hesychius explicavit ἴχνια σημεῖα, ἴχνος τύπος ποδός, Suidas σημεῖα ποδός: num abhinc longe abest interpretatio: τύπος, i. e. non qui pede terrae imprimitur, sed ipsorum ποδῶν ἠδὲ κνημάων figura? — Θ 470 Ariston. cod. V.: ὅτι Ζ. γράφει ἄας δὴ καὶ μᾶλλον, ἀντὶ τοῦ ἐσαύριον. ἔστι δὲ ἡ λέξις οὐχ 'Ομηρική, sed Boeotica teste Hesychio (cf. Ahrens. de dial. Aeol. 121.

206. Lobeck. ῥημ. 253.). Nempe apparet ex talibus lectionibus non, ut Grauertus dixit (de chorizontibus mus. Rh. Nieb. I., p. 208), eorum fuisse grammaticorum Zenodotum, qui omnes Homero tribuerent dialectos, sed permulta ex diversis Graecarum terrarum regionibus in regni Ptolemaeorum arcem advecta consuluisse exempla, ubi fieri non potuit, quin suae cuiusque rhapsodi dialecti frustula huc illuc carminum inlata extarent. Adde vv. ἐγών Σ 364, ipsi Aristarcho alias non spretum; ξυνέηξε, — αμεν N 166. 257, quamquam ἔαξεν μ 422 [2]); Ἀριήδνη Σ 592; βουγήιε N 824, Ἀμφιάρηον ο 244. 253, ἀστήσεσθαι B 694, [3]) οὐθέν σ 130 (Düntzer p. 55). — E 31 Arist. ὅτι Z. γράφει τειχεσιβλῆτα, ὁ τείχη καταβάλλων. Ποσειδῶνος (M 17) δὲ ἔργον τὸ ἐκ θεμελίου καταβάλλειν καὶ τὰ ἐπίγεια σείειν, Ἄρεως δὲ τοῖς τείχεσι προςπελάζειν καὶ ἔστιν ἐπίθετον ἀνάλογον τῷ παρὰ Στησιχόρῳ πυλεμάχῳ (frg. 44 Bergk.) cf. Lobeck. ῥημ. 88. 107. — Νεωτερικὴν ὀνομασίαν esse v. ἀνδράποδον Zenodotus non praetermisit; teste enim Eustathio jam apud illum ut apud Aristophanem tulit obelum v. H 475. — Φ 575 Herod. (a Düntzero p. 45 male pro Didymo habitus) Ἀρίσταρχός τινάς φησι γράφειν κυνυλαγμόν. οὕτω καὶ Z. καὶ Στησίχορος δὲ ἔοικεν οὕτως ἀνεγνωκέναι. φησὶ γοῦν

---

[2]) Offendet fortasse haec mea sententia Düntzerum, qui duplex illarum formarum augmentum Aristarcho in causa fuisse docuit (p. 61), cur reprehenderet Zenodotum. Parcat, quaeso, vir eximius, dum locus mihi fiat de flexionibus disserendi.

[3]) cf. ad *A* 309, ubi διπλῆ π. procul dubio propter Zenodoteum ἀστήτην. *K* 176 (διὰ τοῦ ν ἄνστησον) *H* 110 *Ψ* 587 *Ω* 518 *B* 12. de formis ὄρητο *A* 56. 198, κρητός 530, προφανεῖσας *Θ* 378, *Παραιθυρέην* *B* 571, Ὀρτίλοχον *E* 549 infra dicetur.

„ἀπειρεσίοιο κυνυλαγμοῖο“ (83 Bergk. idem annal. antiq. lit. 1850, p. 405 ἀπειρεσίῳ κυνυλαγμῷ) κτλ., in quibus non solum nihil novi syllaba κυν- afferri, sed ne componi quidem substantiva verbalia in γμός exeuntia nisi cum praepositionibus docet. idem Aristonicus (a Bekkero sub littera D expressus). — β 42 Harl. γελοίως γράφει Z. ἠίονα (v. Lob. ad Soph. Ai. p. 164) ἀπὸ τοῦ ἀίειν, ὅ ἐστιν ἀκούειν, a Düntzero p. 110 nostro ἀγγελίην praeferri frustra jussum; nam idem duobus aliis in locis Π 13 α 408 si invenisset Aristarchus ἠίονα, non tam stultus fuisset, ut ejiceret. fortasse ex posteriorum Ionum dialecto per rhapsodum est inlatum; ceterum apud Homerum corripitur τὸ α verbi ἀίειν, augmentum latet in producta vocali K 532 (κτύπον ἄιε), metrum postulabat σὺ δ' ἄιε v. l. Hes. opp. 213. (Etymologia a Düntzero excogitata, ut respiciat vocabulum ad v. ἵημι cl. ἧιος, ἧμα, digna est, quae praestantissimis hujus geneneris sententiis ex antiquitate servatis comparetur.) — Longe audacissimum, quod ex hoc genere refertur, est substantivum ἐπιστομία, ex eo satis ingeniose ductum, quod Aeschylus (frg. 326 Dind. 383 Herm.) dixit (apud Platonem de re publ. 8, 563 B) ἐπὶ στόμα ἐλθεῖν (Cic. Att. 1, 12. 7, 10, 12, 1. 14, 7. Martial. 12, 24, 5 in buccam venire), poeta apud Ath. 217 C ὅττι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ, (Bergk. anal. lyr. II. adesp. 83), Isocr. Panath. § 24. ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ. schol. Q δ 158: καὶ ἐπεσβολίαι δὲ γέλοιαι· ὅθεν Z. μεταποιεῖ ἐπιστομίας ἀναφαίνειν (159) eo magis mirandus, quod sine dubio v. ἐπεσβολία ipsum illud φλυαρεῖν optime depingitur; ridiculae ἐπεσβολίαι aliter non possunt videri, nisi scholl. B Q 159 interpretatio probabitur: ἡ ὕβρις ἡ τοῖς ἔπεσι βάλλουσα, sive scholl. E. vulg.: τὰς τῶν ἐπῶν εἰςβολὰς καὶ ἀρχάς φησιν. — Ignoravit substantivum ὁ ἀγγελίης teste

Aristonico Γ 206: σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης· ἡ διπλῆ ὅτι Z. γράφει σῆς (apud Apollon. Soph. p. 7 ἧς, quod H. Düntzer p. 13 non debebat corrigere, cum facile sanum esse possit. qui scholiorum corpus conscripsit, post Herodiani tempora vixit, Apollonium Claudio imperatore ab Apione doctum esse mihi quidem constat propter Lachmanni disputationem in praef. Babr. p. XI. cf. quae infra de pronominibus dicemus) ἕνεκ' ἀγγελίης· οὐ λέγει δὲ συνήθως ἡμῖν, τῆς σῆς ἀγγελίας χάριν, ἀλλ' ἀγγελίης ἀντὶ τοῦ ἄγγελος. Δ 384 (addidit Pluyg. p. 8) ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄγγελον. Ο 640 ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Z. γράφει ἀγγελίην· γίνεται δὲ τὸ οἴχνεσκε κρεμάμενον. καὶ νῦν δὲ ἀγγελίης ἀντὶ τοῦ ἄγγελος (cf. schol. A Ν 252 et BD Λ 140). Quorum locorum etsi quattuor posteriores cum Hermanno interpretarer opusc. I. de ellipsi et pleonasmo p. 190, a quo nec Buttmannus abhorret Lex. II, 202 sqq. nec Spitzner. ad Ν 252, omnium tamen primi structura versus Γ 206 nescio an longe contortior evaderet, si ἀγγελίης genetivus esset: σεῦ ἕνεκα, et ἀγγελίης quidem ἕνεκα, nam ne jungamus ἕνεκα ἀγγελίης σευ (cf. σῇ ποθῇ Τ 321), verborum ordo impedit. Certe nulla re cogimur, ut Aristarchi sententiam relinquamus, quem conjecturis non favere, non opus est pluribus demonstrari. Ceterum ellipticum genus dicendi ἀγγελίης ἔρχεσθαι non explicatur conferendis ἔρχεσθαι ὁδοῦ, πεδίου κραίνειν, in quibus genetivis latet διά praepositio, sed eorum, quae Buttmannus attulit, exemplorum uno ζηλῶ σε τοῦ πλούτου, cui congruenter dixere ζηλῶ σε τοῦ νοῦ Soph. El. 1027, ὑμᾶς τῆς τέχνης Plat. Ion. 530 B, τὴν πόλιν τῆς μάχης Isocr. 4, 91. De formatione vocis ἀγγελίης cf. Lobeck. pathol. proll. 293. — Ζ 285 satis distincte docet Aristonicus

legisse Aristarchum ἄτερ που ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι per anacoluthiam duobus e dicendi generibus contaminatum; interpretatur enim: χωρὶς αὐτῆς γεγονέναι, reprehenditque eos qui conjunxerant ἀτέρπου, quod esset ἅπαξ εἰρημένον pro ἀτερπέος. quas ut fugeret angustias, Zenodotus legerat φαίην κεν φίλον ἦτορ κτλ. — Pro Jovis epitheto Δωδωναῖε Π 233 invenerant apud eum Φηγωναῖε teste Steph. Byz. v. Δωδώνη· Ζ. δὲ γράφει Φηγωναῖε, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο καὶ Σουίδας δέ φησι Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ τοῦτον ἐπικαλεῖσθαι. schol. BL οἱ δὲ γράφουσι Φηγωναῖε· Σκοτουσσαῖοι γάρ φασι παρ' ἑαυτοῖς λόφον εἶναι φακόεντα (l. φηγόεντα) ἀπέχοντα Σκοτούσσης σταδίους ιέ, ἐν ᾧ Διὸς Φηγοναίου (sic) ἐστὶν ἱερόν. — Aristarchus quum dubitasse videatur (non in commentariis, sed in λέξεσιν (i. e. ἐν τοῖς) πρὸς Κομανόν, H. Düntzer p. 54 nos docuit, in altera autem editione illum exhibuisse Zenodoteum), utrum σπιδής, an cum aliis ἀσπιδής scriberet Λ 754, bona fide Zenodotus tribuit τὸ α antecedenti praepositioni auctore Herodiano: Ζ. δὲ συναινεῖ τῇ δίχα τοῦ α γραφῇ, καί φησι σπιδέος τοῦ ἀπόρου καὶ τραχέος. Veterum grammaticorum de hoc vocabulo sententiae perquam displicent praeter eam, quae Zenodoto tribuitur. Ineptissimam Et. Gud. 84, 24 praebet Philoxeni: σπῶ σπίζω σπίς σπιδής latus, μετὰ τῆς α στερήσεως ἀσπίς et ἀσπιδής non latus; Crates formam ἀσπιδής quasi a v. ἀσπίς deductam et ipse probans (nescio qui factum sit, ut Spitznerus in exc. XXI p. XCIII hunc idem voluisse ediderit cum Herodiano) significatum censuit aut rotundus et certis finibus carens — sed nonne sunt scutis fines satis certi? — aut clupeis obrutus, quod deteriorum optimum, sed satis frigi-

dum est, cum pro scutis ab ipsis occisorum corporibus campi epitheton melius sumptum fuisset. Itaque unum potest statui quod Ameriae Herodianoque post Zenodotum placuit (Et. M. 271, 18) — num probata illa etymologia, ignoramus: — σπιδής, i. e. late patens, (πολλοῦ καὶ μακροῦ) Aeschyli fragmento (427 Herm.) σπίδιον μῆκος ὁδοῦ et Antimachi οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι (101) firmatum. Ad Spitzneri excursum nil monebo, nisi non opus esse mira Etymologici M. emendatione τοῦ ποιητοῦ ἀσπιδέα τὸ πεδίον εἰρηκότος pro integro ἀσπίδα κτλ., praesertim cum πεδίον sit neutrius generis! — Σ 576 Did. παρὰ Ζηνοδότῳ διὰ ῥαδαλόν· ὁ δὲ Ἀριστοφάνης παρὰ ῥαδαλόν. ῥαδαλόν δὲ ἀκουστέον τὸν εὐκράδαντον δι' ὕψος· non ego hoc pro conjectura habuerim ab Aristophane ob meram probabilitatem recepta, qui, cum v. ῥοδανόν aliis codicibus traditum firmetur verbo ῥοδανίζειν, talem magistri emendationem, ut alias ejusdem modi sustulit, non tolerasset. nihilo minus improbandum videtur, nam interpretationi εὐκράδαντον aptius est quod scholl. BV quasi Zenodoteum indicant, κραδαλόν, quod tamen Zenodoteum non esse ex Didymo apparet; neque explicatur κ omissum (praesertim nulla mensurae cogente necessitate) singulari aoristo δοάσσατο, cui cum verbo δοκεῖν nihil commune est. schol. VN 458 ὡς ῥαδαλὸν δονακῆα· (et Eust. 1165, 18) ἀντὶ τοῦ κραδαλόν, εὐκράδαντον. (v. Buttm. Lex. 2, 100). Quid Aristarchus scripserit, in summa testimoniorum inopia nemo facile expediet. Ceterum haud scio an in errorem inciderit Spitzner cum Eustathio, ideo quod nonnulli ἰσχνοκαλαμώδη ἕν τι διὰ τῶν δύο intellexerant, monstrum ῥοδανονδονακῆα iisdem attribuentes. Reliquis locis collatis ubi ἓν ἐξ ἀμφοτέρων — partim apud Aristo-

nicum[4]) — notatur, fortasse aliquis mecum sibi persuadebit duo quidem vocabula eos retinuisse, sed quae idem significarent, ut alia lectio a Didymo servata δονακῆεν illis reddenda sit. quam suspicionem Eustathius egregie confirmat 1165 exemplum τοῖς ἔν τι νοοῦσι ϱ. δ. afferens χοϱῷ καλῃπολυμήλῃ (l. χοϱοικάλῃ — perperam Spitznerus ad Σ 576 χοϱοικαλή — πολυμήλῃ). — Φ 169 Arist. ἡ διπλῆ ὅτι Z. γϱάφει ἰϑυκτίωνα διὰ τὸ κτεδόνας (schol. V ἀκτεδόνας. secundum Eustathium Spitznerus κτιδόνας, H. Düntzer p. 118 κτίδονας) λέγεσϑαι (ins. ὑπολαμβάνων) τῶν ξύλων τὰς γϱαμματοειδεῖς διαφύσεις. παϱέλκει δὲ νῦν τὸ πεϱὶ τῆς τοῦ ξύλου φύσεως εἰπεῖν (cod. V pessime Aristarchum dat lectionis auctorem). τὸ μέντοι ἰϑυπτίωνα εἰς εὐϑὺ φεϱομένην, ἀναφεϱομένου τοῦ ἐπαίνου εἰς τὸν ἀκοντίζοντα. „καὶ δ' ἄλλως τοῦγ' ἰϑὺ βέλος πέτετ'" Υ 99 (Bekk. καὶ δ' ἄλλως „τοῦ δ' ἰϑὺς β. π." Il. 13, 99). H. Düntzer Zenodotum secutus est, quod in v. ἰϑυπτίων offendebat ι, sed debebat viro docto notum esse reperiri in Graeco sermone substantiva et adjectiva in ίων terminata, quorum ι penultimae a radice plane alienum est, propria tamen vis augetur hoc exitu. Chr. Aug. Lobeck ad Buttmanni gr. Gr. II, p. 444 haec dedit (etsi in his nullum est a verbo deductum): ἀλμίων δειλακϱίων μαλακίων ποϱφυϱίων χλωϱίων αἰϑαλίων (meras παϱονομασίας: κηϱίων ἀκανϑίων στεφανίων στϱουϑίων). — δ 1 Q. Harl. Z. δὲ γϱάφει καὶ ἐτάεσσαν

---

[4]) *B* 275 *E* 289 *M* 46. *N* 359, ubi interpolatum in Didymi notam mihi videtur, quod mire explicatur συνδῆσαι Neptunum et Jovem τὸν πόλεμον τῇ ἔϱιδι, et vv. ἐν δι' ἀμφοτέϱων τὸ λεγόμενον ad ἔϱιδος κϱατεϱῆς καὶ ὁμοιίου πολέμοιο referenda, aut ad ἄϱϱηκτόν τ' ἄλυτόν τε. *X* 468 B ἔστι δὲ σύνηϑες Ὁμήϱῳ τὸ ὀφειλόμενον ἁπλῶς ἑϱμηνεύεσϑαι ἐν δυσὶ πεϱικοπαῖς ἐκφέϱειν. *Ω* 499 et 571 V. similia sunt, quae *N* 237. 415. *Υ* 396. 437 dicuntur.

ἀντὶ τοῦ καλαμινθώδη. δοκεῖ δὲ Καλλίμαχος ἐντετυχηκέναι τῇ γραφῇ δι' ὧν φησιν· ἵππους καιετάεντος (sic Bentl. ad Callim. frg. 224 emend. corruptum καιετάεντας) ἀπ' Εὐρώταο κομίσσαι. B581 D τινὲς δὲ γράφουσι καιετάεσσαν, ἵν' ᾖ τὴν καλαμινθώδη κατὰ γὰρ αὐτοὺς ἡ κάλαμίνθη ἐστὶ πολλὴ ἐν Σπάρτῃ. Quod H. Düntzer p. 55 ne non recte probaverit, vereor. Si καιέτας primitivum erat, nil evadere potuit, nisi καιετάεσσαν producta antepenultima, quod metro esset contrarium, ipseque vir doctissimus exemplum praebuit εὐρώεις, non εὐρόεις· deinde tale epitheton minus aptum esse urbi facile aliquis assentietur; neque enim dubitare Buttmannus (Lex. 2, 97) debebat, quod ex sequente versu apparet, δ 1 Spartam esse intellegendam, etsi Strabonis argumentum futile est; nec fortasse ita mirum, in Odyssea saeculo fere post, quam Ilias exarata est, recentiorem hunc nominis Λακεδαίμων usum jam reperiri. Imo unum codd. habuere κητώεσσαν, quod Zenodotus duo (a v. καιάται s. καίετοι, aut a v. καιέτα) etyma proponens interpretationis causa in καιετάεσσαν mutavit, sed in contextu vix posuit. Radicem καιεταr neque in καιέτα i. e. καλαμίνθη, neque in καιάτας masculino (cf. Strab. 5, 233 ὁ καιάδας, τὰ γὰρ κοῖλα πάντα καιέτας οἱ Λάκωνες προσαγορεύουσιν, et οἱ καίετοι) inesse H. Düntzer mihi persuasit. — Ignorasse Zenodotum adjectivum λάχεια testantur scholl. ι 116: Z. τὴν βραχεῖαν, γράφει (ins. δὲ) διὰ τοῦ ε, ἐλάχεια. οἱ δὲ τὴν εὔσκαφον κτλ. Q. Λάχεια — ἢ ἐλάχεια, ἵνα ὥσπερ λιγύς λίγεια, οὕτω καὶ ἐλαχύς ἐλάχεια Pal.; cf. BQ κ 508. Vulg. 509. Fluctuant virorum doctorum sententiae. v. Lehrs. quaestt. epp. p. 175. Buttm. gr. Gr. I, 62, 3.

Articulo praepositivo magis favebat, quam Aristar-

chus. v. B 1 Ariston. ἄλλοι· ὅτι Z. γράφει ὦλλοι· ὁ δὲ ποιητὴς ἀσυνάρθρως ἐκφέρει. schol. B. Z. ὦλλοι γράφει, κακῶς. ἐλλείπει γὰρ ὁ ποιητὴς τοῖς ἄρθροις ἀεί. K 1 AB παραιτητέον δὲ τοὺς γράφοντας, ὧν ἐστι καὶ Z., ὦλλοι μέν, ἢ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν βουλομένους δασύνειν (itaque falsus, qui l. ὦλλοι Zenodoto tribuit). Apollon. Dysc. constr. 1, 11, 45 δεδείξεται γὰρ ὅτι τῷ ἀοριστώδει (sc. ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ) ἐμποδίζει τὰς τῶν ἄρθρων παρεμπτώσεις. δ 70 Harl. πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι· οὕτως Z. Ἀρίσταρχος δὲ πευθοίατο ἄλλοι (ex Porsonis emendatione) χωρὶς τοῦ ἄρθρου. (cf. α 157). B 527 Arist. Ὀιλῆος· ἡ διπλῆ, ὅτι τινὲς τῶν νεωτέρων (cf. ad M 365) ἀνέγνωσαν χωρὶς τὸ ο ὡς ἄρθρου ὄντος, εἶτα δὲ Ἰλῆος· ὁ δὲ Ὅμηρος σὺν τῷ ο λέγει τὸν Ὀιλῆα. (Spitzner. de versu heroico 177). Expulit articulum Γ 18. schol. BL τὸ αὐτάρ παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ τοῖς ἄλλοις οὐκ ἐπάγεται τὸ ἄρθρον, cui tamen hic demonstrativi vice optime locus est (cf. α 9). — Verbum ἐνοινοχοεῖν Δ 3 Aristarchus non statuit (propter digamma vocis οἶνος). Did. ἐφνοχόει· κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων ἐνῳνοχόει φέρεται· οἱ δέ φασι Ζηνοδότειον εἶναι τὴν γραφήν. ἐν μέντοι ταῖς ἐκδόσεσι (i. e. πολιτικαῖς) χωρὶς τοῦ ν εὕραμεν (verba Aristarchi). cf. ad γ 472, ubi scholl. vulg. οἰνοχοεῦντες exhibent, in scholl. A. nescio quis οἰνοχοεύοντες. — I 612 Ariston. ὅτι Z. γράφει ὀδυρόμενος κινυρίζων οἷον θρηνῶν. ἔστι δὲ οὐχ Ὁμηρικόν, καὶ παρὰ τὸ πρόσωπον. Ἀρίσταρχος δὲ μή μοι σύγχει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν. Elegantissima conjectura prae et Aristarcheo et vulgari ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, et Spitzneri μινυρίζων. verbo enim κινυρίζειν videtur significari, quod v. κινύρεσθαι Aesch. Sept. 116 et Apollon. Rh. 1, 292, non tam lamentari, id quod Aristonicus indicat et quod

idem κινύρεσθαι est apud Aristoph. eqq. 11. Opp. Cyn. 3, 216. Callim. Apoll. 20, quam lugubri sonitu calamitates vaticinari; nam injecturus erat Phoenix metum Achilli, ne perseveranti ipsi in ira idem fieret, quod Meleagro. Si codicum fide fuisset firmatum, Aristarchus, qui ista et ipse intellegeret, non dubitasset praeferre. — Ξ 437 Did. διὰ τοῦ ε αἱ Ἀριστάρχου καὶ αἱ πλείους· Ζηνοδότειος δέ ἐστιν ἡ διὰ τοῦ α, ἀπέμασσεν. (reliqua non sunt ejusdem interpretis, ut Spitznero videtur, sed Nicanoris.) Ο 11 Arist. αἷμ' ἐμέων· ἡ διπλῆ πρὸς τὸ αἷμ' ἀπέμασσεν. τοῦτο ἄν τις σημειώσαιτο. addere potuit ignotum fuisse verbum antiquiori tempori, praesertim Homero. — Voci Προτιάπτω neque Zenodotus, neque Aristarchus apud Homerum statuerunt locum, intulerunt tamen Apollodorus, Aretades, Neoteles, Dionysius Thrax Ω 110. — ρ 221 θλίψεται ὤμους. Harl. διὰ τοῦ θ (sc. Ἀρίσταρχος), ὡς καὶ Ζ., qui Aeolicae editionis lectionem hic non retinuit. Adversatur H. Düntzer p. 60.

b. Ut inter eas voces quae haud dubie quidem sunt Homericae, de quarum tamen forma disceptabatur, ordiar a nominibus propriis, Ariston. B 520 refert: ὅτι (Pluyg. 8) Ζ. γράφει καὶ Πανοπτέων (Spitzner. Πανοπέων, a Düntzero p. 21 reprehensus, qui tamen ipse dedit Πανόπτεων et mox Πανοπέων) ἄμετρον ποιῶν τὸν στίχον καὶ οὐ καθ' Ὅμηρον σχηματίζων τὸ ὄνομα. ἔστι γὰρ Πανοπεύς ὡς Ἀχιλλεύς· „ὃς ἐν κλειτῷ Πανοπῆι“ P 307 (cf. λ 581). Πανοπτέων cum ab omni ratione discrepet, facere non possum, quin pro corrupto habeam. Quod H. Düntzer excogitavit ἠδὲ Πανόπτεων, fide caret, nec minus ἄμετρα P 307 Πανόπτεφ, λ 581 Πανόπτεω. — 532 ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζ. γράφει Βῆσαν ἐν ἑνὶ σ διὰ τὸ

βήσσας λέγεσθαι τῶν ὀρῶν τοὺς καθύγρους τόπους. ἔστι μέντοι προσηγορικά, ἅ τινων κύρια γίνεται, οἷον Κυπάρισσος καὶ πόλεως ὄνομα. cf. Ἄγκυρα, Ἀγκών, Ἀγορά, Ἄγρα, Αἶα, Αἶνος, Αἶσα, Ἄκανθος, Ἀκόντιον, Ἄκρα, Ἄμαξα, Ἄμπελος, Ἄπτερα, Ἀραί, Ἄργυρος, Ἅρμα, Ἅρπυια, Ἄρωμα, Ἀσπίς, Ἀφεταί al. Itaque jam Z. id agebat, ut ejusdem soni appellativa et nomina propria distingueret; sed non ita, ut Aristarchus, qui et inter se appellativa ejusdem soni (Lehrs. Ar. 275) differre voluit, et is quidem non materia, sed prosodia. Ceterum Herodianus obsequendum illi in hac voce scribenda censuit. Steph. Byz. Βῆσσα πόλις Λοκρῶν. Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει[5]), Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτος καὶ Ἡρακλέων διὰ δύο. — 571 ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζ. γράφει Παραιθυρέην. οὐκ ἐπίσταται δὲ ταύτην τὴν πόλιν οὕτως ὀνομαζομένην. Heynius judicavit (v. Düntzer p. 103) ex digamma vocis ἀραιός initialem Π literam esse ortam (cf. ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστι κ 90), idque confirmari fortasse videtur exemplis hujus permutationis ab Ahrensio ex Dorica dialecto collatis (de dial. Dor. p. 51): praeter Cretensem urbem Ἄξος, cujus incolae Ϝάξιοι dicuntur in nummis, apud Scylacem Πάξος scriptam vv. ἀμπέσαι apud Hesychium, ἀπελλάζειν (Ϝείλω) pro ἐκκλησιάζειν; sed quaerendum est, num quid in illo nomine insit vocis ἀραιός. mihi quidem obstare videtur, ne hoc concedam, v. ἀραιόθυρα. cf. ἀραιόθριξ ἀραιόσαρκος ἀραιόστημος ἀραιόφυλλος. Audi enim, quae in Et. M. v. Θῶ docentur: τὰ εἰς ος ὀκταχῶς συντίθεται· ἢ γὰρ φυλάσσει τὸ σ, ὡς

---

5) quamvis Eustath. p. 277 contrarium tradat. Strab. 9, 426 hanc Βῆσσαν ab Attico demo distinguit, cujus δημόται vocantur Βησαιεῖς.

θεός, θεόσδοτος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, ὡς τὸ νῖκος, Νικόλαος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, καὶ προςλαμβάνει τὸ ι, ὡς τὸ πύλος, πυλοιγενής· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, καὶ τρέπει τὸ ο εἰς η, ἐλαφηβόλος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, καὶ τρέπει τὸ ο εἰς ε, μένος, Μενέλαος· ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, καὶ τρέπει τὸ ο εἰς ε, καὶ προςλαμβάνει τὸ ι, ὡς τὸ ὀρειφοίτης, ἢ ἀποβάλλει τὸ σ, καὶ τρέπει τὸ ο εἰς α, καὶ προςλαμβάνει τὸ ι, Κλυταιμνήστρα.[6]) Quae sine dubio recte sunt adnotata. Nam vv. Θηβαιγενής, Κρηταιγενής, Κρισσαιγενής, Πυλαιμάχος, Πυλαιμένης a femininis nominibus in η ducuntur; in παλαίβιος, παλαιγενής, παλαίγονος etc. non inest adjectivum, sed adverbium πάλαι, praesertim cum inveniantur παλαιογενής. παλαιόγονος; propter vocales inter se collidentes elisum est ο in παλαιετής (cf. tamen παλαιουργός); quid de μεσαιπόλιος κραταιγύαλος etc. sit statuendum, jam Etymologico doctum est: eadem enim lege sunt formata, qua Κλυταιμνήστρα: κραταιόγονος ne hic quidem deest; in ταλαίπωρος, ταλαίμοχθος,

---

6) cf. 810, 53: τὰ εἰς ἀμετάβολον λήγοντα σύνθετα κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐδέποτε ἀπὸ τῆς εὐθείας συντίθεται, ἀλλ' ἢ ἀπὸ γενικῆς ἢ ἀπὸ δοτικῆς· καὶ εἰ μὲν ἡ ἐπιφερομένη λέξις ἄρχεται ἀπὸ συμφώνου, ἀποβάλλει ἡ γενικὴ τὸ σ, οἷον φρενοβλαβής· ἐὰν δὲ ἀπὸ φωνήεντος ἄρχηται, ἀποβάλλεται καὶ τὸ ο καὶ τὸ σ, οἷον φρεναπάτης κτλ. itaque in v. ἀραιόδους quidem omnia sana sunt. neque quidquam cum hoc praecepto non convenit praeter eas voces compositas, quarum prior pars est substantivum in υς, εως: πελεκυφόρος, πρεσβυγενής. ἐγχελυοτρόφος a genetivo ἐγχέλυος est derivatum; alterum ἐγχέλεως qui colligitur ex plurali ἐγχέλεων, Choerob. 357, 34 ducit ab ἔγχελις forma Boeotica sec. schol. Ar. Ach. 889. a v. δρῦς nonnulla sine vocali: δρύκαρπον δρυκολάπτης δρυπεπής δρυπετής δρύπεψ δρυτόμος, rursus inveniuntur δρυοβάλανος δρυοβαφής δρυογόνος δρυοκοίτης δρυοκολάπτης δρυοκόλαψ δρυοκόπος δρυοπαγής δρυοπτερίς δρυοτόμος κτλ. de exitu ις, εως exempla laudavit Buttm. gr. Gr. II, 457 contra Polybii πολιοφυλακεῖν, et ὀφιόδηκτος vv. μαντιπόλος ὀρχίπεδον λεξιθηρεῖν.

ταλαίφρων diphthongus nil nisi producta vocalis est, quae corripitur in ταλακάρδιος: ἰθαιγενής (Hom. ξ 203. ἰθαγενής Aesch. Pers. 298), quocum Eustath. Ἰθαιμένην (Hom. Π 586) conjungit, longius ab hoc loco abest omnique caret analogia; postremum quod in ἀκραιφνής (ἀκεραιοφανής) exciderit ο, nemo mirabitur, simul triplicem animadverterit vocabuli syncopen. Ut Ἀραιθυρέη fingeret poeta, ne metro quidem moveri potuit, cum nil obstaret quin Ἀραιοθύρη retineret. Itaque de etymo desperantes facere non poterimus, quin Pelasgicis illis urbium nominibus adnumeremus, quae non possint explicari. qui Aristarcheam formam primus adhibuit, Hellenicae linguae notam voluit in ea apparere. — 634 ὅτι Z. γράφει ἠδ' οἳ Σάμην, καὶ ἄμετρον ποιῶν καὶ ἀγνοῶν ὅτι κατὰ τὸ ἀρσενικὸν ἐνίοτε ἐκφέρεται τὰ εἰς η (Lehrs. Ar. 238) λήγοντα. adjecit schol. ο 29 v. δείελος pro δείλη (Φ 232). Si reliqua Aristonici sunt, memoria eum male habuit, ut inter se contaminaret vv. N 23 et ο 29: „μεσσηγὺς Τενέδοιο Σάμοιό τε", οὐ γὰρ εἶπε „Σάμης τε", [φρούριον δὲ τῆς Κεφαλληνίας μέχρι νῦν Σάμος, ὅπερ φασὶ Ῥωμαῖοι Κάστρον.] sed non eo usque, quo Düntzerum (p. 50), cui ideo scripsisse videtur Z. ἀμφὶ Σάμην ἐνέμοντο, quod ubique Σάμη pro Σάμος dicta sit, quamvis idem laudaverit Lehrsii paginam. — Dioclis filios (E 542. 549) Crithona Ortilochumque appellavit Z. secundum schol. Q. Harl. γ 489: υἱέος Ὀρτιλόχοιο· ἐντεῦθεν Z. ἐν Ἰλιάδι ἔγραφε Κρίθων (secundum Harleianum Spitzner in v. l. E 549 Κρήθων) Ὀρτίλοχός τε. schol. Il. l. l. L V ὁ πρόγονος διὰ τοῦ τ, ὁ παῖς διὰ τοῦ σ· καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ οὖν διὰ τοῦ τ. Idem erit, sive Ὀρσίλοχος scripseris, sive Ὀρτίλοχος nulla re ab illo nisi

pronuntiatione diversum, quam pro dialectorum varietate rhapsodi mutasse videntur. Gieseus de dial. Aeol. p. 287 sq. minus recte videtur duxisse formam 'Ορσ — ex Dorica pronuntiatione aspirata 'Ορϑ — pro tenui 'Ορτ — Düntzero probante p. 102. Non enim ab ὀρϑός (etiam Valckenaerius diatr. in Eurip. p. 89 dubitat, num dicere liceat ὀρϑῶσαι στρατόν), sed cum tot aliis vocabulis ab isdem syllabis incipientibus (ὀρσίκτυπος, — νεφής, — πους κτλ.) de ipsa radice ΟΡΩ descendisse putaverim nomen 'Ορσίλοχος, i. e. qui excitat copias. Constantia nescio an in his rebus orthographicis minus apte adhibeatur. Etenim iam in Zenodoti libris varietatem obtinuisse apparet propter scholiastae verba, nam nisi utraque ratione scriptum invenisset, non posset dici: ἐντεῦϑεν κτλ. — 708 ἡ διπλῆ ὅτι Z. γράφει Ὕδῃ. ἔστι δὲ τῆς Λυδίας ἡ Ὕδη (Υ 385, et fuere, qui post Β 865 inferrent Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ), ὁ δὲ ἀνὴρ Βοιωτός, καὶ κώμη Βοιωτιὰς ἡ Ὕλη. Bis praeterea per Iliadem Ὕλη eadem occurrit: Β 500, ubi Υ in arsi, Η 221, ubi in thesi est, de Zenodoto tamen nihil adnotatur; (posteriore loco eandem esse intellegendam recte indicat schol. V fin., cum ex initio schol. videri possit Tychius in Asia domicilium habuisse): itaque etiamsi non sit improbabilis coniectura, eum mensurae causa nomen mutasse in eo versu, quem primum posuimus, tamen dijudicare nihil possumus de altero. Strabo enim, quo auctore IX, p. 625 nonnulli Ὕδῃ scripserunt Η 221, et ipse potuit errare memor loci Ε 708. Düntzero autem (p. 104) eo impudentiae videtur Z. processisse, ut Hyle prorsus eversa in catalogo idem scriberet οἵ τε Ὕδην εἶχον 'Ελεῶνά τε

καὶ Πετεῶνα. — Θ 304 Did. Αἰσύμηθεν· Ἀρίσταρχος Αἰσύμνηθεν, καὶ ἡ Ζηνοδότου καὶ ἡ Ἀριστοφάνους. (Lobeck. pathol. prolegg. 169). Quanti sit pretii cod. V, ex hoc loco bene discitur. Nempe cum Didymus primum adjecisset διὰ τοῦ υ sc. Αἰσύμνηθεν, illius codicis auctor non solum Aristarchi nomen praetermisit, sed ex sua fabrica produxit formam Αἰσύνηθεν; (in sequentibus videtur emendandum Αἰσύμης pro Σύμης, si quidem hic scholiasta legit Νιρεὺς δ' Αἰσύμηθεν B 671): cum autem iterum incidisset in v. Αἰσύμνηθεν, mutavit eam ineptissime in αἰσύμνηθεν, ἀπὸ βασιλικοῦ γένους.[7]) Spitzner distinctum ibat Did. Αἰσύμηθεν Ἀρίσταρχος, Αἰσύμνηθεν καὶ ἡ Ζηνοδότου καὶ ἡ Ἀριστοφάνους, sed fortasse exemplum non inveniatur in scholl. critico nomini lectionis antepositae aliter, atque aut οὕτως, aut γράφει adjecto. Itaque si cod. V tantum tribuendum fuerit, ut inde emendetur cod. A, videbitur supplendum v. οὕτως post Αἰσύμηθεν, sed nihil opus est. v. quae Düntzerus p. 104 adnotavit. — M 365 Arist. ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Z. γράφει αὐτίκ' ἄρ' Ἰλιάδην. Ὀιλιάδην δὲ διὰ παντὸς Ὅμηρος λέγει. cf. N 203. 712. — N 694 (cf. Ξ 442) ἡ διπλῆ ὅτι σαφῶς Ὀιλεύς σὺν τῷ ο· πρόκειται γὰρ ἄρθρον, ὁ μὲν νόθος υἱός. πρὸς Z. γράφοντα „ἀλλ' οὐκ Ἰλιάδην" (l. Ἰλιάδῃ) 712. Obsecutus erat poetarum nonnullis teste Aristonico B 527 cl. Did. (cod. V) O 333 (propter vv. καὶ νῦν δὲ ἠδύνατο εἰπεῖν ἦν ἔχεν Ἰλεύς adscribendum v. 336), ubi Hesiodus (fr. 77) et Stesichorus (Bergkium, qui Eustathium citat, hic locus fugit, fr. 82) affe-

---

7) Similia habes *E* 695 L. *Ξ* 223. 259 V. *O* 82 L. *Φ* 86 V, ubi Didymi notam corr. Ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις ἄνασσεν ἀντὶ τοῦ ἀνάσσει. 265 B. *X* 2 B.

runtur: add. Pind. Ol. 9, 112. Male enim intellexit locos ubi articulus ὁ nomini Ἰλῆος vel Ἰλιάδης praepositus videbatur; emendare autem praeter laudatos a me ne poterat quidem alios, e. g. Λ 93, quem si tam eleganter exornasset, quam Düntzer p. 51 proposuit: αὐτόν, ἔπειτα δ' ἑταῖρον ἕλ' Ἰλῆα πλήξιππον, facile fieri poterat, ut poeniteret Aristonicum isque reprehenderet Aristarchum, sin minus, certe non hoc ipso loco refutari Zenodoti ingenium contendisset. Tamen veri similius mihi quidem est, retinuisse criticum Ephesium Ὀιλῆα adversarium ὁμωνυμίαις, quam donasse poetam illa suavitate. — Ad Ν 643 spectat, quod Bekk. in praef. ex octavo cod. A folio edidit: σημειοῦται δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν (Z.) ἀπεριστίκτῳ διπλῇ τὰς ὁμωνυμίας ἁπάσας, ὅτι οὐ νοήσας τὸ τοιοῦτον ἔγραψεν ὁτὲ μὲν Πυλαιμένεα, ὁτὲ δὲ Κυλαιμένεα. Nemo erit hodie, qui dormientem hic poetam tali modo velit expergefacere. — Υ 484 Arist. ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Z. γράφει Πειρέως (Bekk. Πείρεως) υἱόν, ἄμετρον ποιῶν τὸν στίχον καὶ παράλογον. ἔστι γὰρ Πείρως τὸ ὄνομα (B 844 Πείροος, quod Spitzner etiam Δ 520. 525 ex Eustathio recepit, non ad Πείρως quadrat, sed tertius est nominativus), νῦν δὲ ἐσχημάτικεν ἀπὸ τοῦ Πείρεως, ὡς Μενέλεω. Z. voluit nominativum esse Πειρεύς, cum alium hic, atque in secundo et quarto libro, Thracem intellegeret, ut jam indicat, qui haec addidit scholio Aristonicum refutaturus: ἄδηλον δὲ εἰ τοῦ Θρᾳκῶν ἡγουμένου, ἢ ἑτέρου τινὸς ὁμωνύμου. Synizesis, quam Aristarchus exclusisse videtur, impedimento est, ne ἄμετρος fiat versus.

Quod flexionem non Homericam admisit: μάρτυς, υρος, reprehenditur ab Aristonico Β 302: ὅτι Z. γράφει

μάρτυρες· ὁ δ' Ὅμηρος οὕτως ἐσχημάτικεν· Ζεὺς δ' ἄμ' (sic etiam Γ 280. ἄμμ' Χ 255) ἐπιμάρτυρος ἔστω Η 76 — οὗ τὸ πληθυντικὸν μάρτυροί ἐστε. (cf. Γ 280. Ξ 274 emend. μάρτυροι λέγειν δεῖ ἀκολούθως τῷ μάρτυρος. Χ 255. π 423). — Γ 152 ἡ διπλῆ, ὅτι Ζ. γράφει δένδρει· ὁ μὲν οὖν λέγων δένδρος ὡς κάλλος ἐρεῖ δένδρει ὡς κάλλει· ὁ δὲ δένδρον ὡς βάθρον ἐρεῖ δένδρῳ ὡς βάθρῳ. Ὅμηρος δὲ λέγων δένδρεον ὑψιπέτηλον (Ν 437 δ 458 λ 588) ὡς χάλκεον ἐρεῖ καὶ δενδρέῳ ὡς χαλκέῳ. — Δ 478 θρέπτρα· Arist. ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζ. γράφει χωρὶς τοῦ ρ λέγεται δὲ θρεπτά τὰ τεθραμμένα, θρέπτρα δὲ σὺν τῷ ρ τὰ θρεπτήρια, ὥςπερ λύτρα τὰ λυτήρια. Düntzer p. 52 bene quidem ex Eust. scripsit θρέπτα Zenodotum dedisse pro θρέπτρα, sed cave ne eam Zenodoto interpretationem obtrudas, quam ille voluit, nutrimenta. Neque ex Graecitate vox θρέπτα pro θρεπτήρια est ejicienda, nam non solum a Quinto Smyrnaeo adhibita est 11, 89; sed ab Hesychio quoque in glossis explicata; tamen ab Homero fuit aliena. (Contulit pro Aristarcho O. Schneider l. l. [v. etiam Philol. II., 236] ἐπίβαθρον pro ἐπιβατήριον uno tantum in loco ο 449 a poeta usurpatum, cui tamen ad amussim quadrat v. θρέπτρον). — Did. Μ 153: οἱ περὶ Ζηνόδοτον λάεσσι, τοῖς λίθοις. προπερισπαστέον δέ· ἐπὶ γὰρ τοῦ πλήθους ὁ λόγος, οὐκ ἐπὶ τοῦ λίθου. λάεσσι γὰρ ἐπ' ἐκείνου σημαινομένου λέγει. Itaque non λάεσσι, sed λᾶοισι Z. voluerat, quasi extaret nominativus λᾶος praeter λᾶας. Et genetivus λάου invenitur apud Soph. Oed. Col. 196, Herodiano quoque probatus. cf. Suid. λᾶας λίθος. καὶ λάου λίθου, ἀπὸ τῆς λᾶος εὐθείας γενομένης ἀπὸ γενικῆς τῆς λᾶος. (Lobeck. parall. 173). Sed male praeceptum esset λάοισι ex sequente χερμαδίοισιν. — Ν 191 Did. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου, χρόος ὡς λόγος. βού-

λεται δὲ διηρῆσθαι τὴν εὐθεῖαν. Z. δὲ γράφει χρώς. de Aristarcho idem Aristonicus, de Zenodoto schol. V; Alexio teste Herodiano tribuit genetivum χροός Aristarcho. Qui, seu Aristonico et Didymo, seu Alexioni fidem habemus, deteriore hic usus fuerat lectione codicum gratia. Recte enim Herodianus observavit nominativum apud Homerum esse χρώς (neque ulla ratione Graecum est χρόος), obliquos casus tantum non omnes semper declinari de supposita v. χροῦς, accusativum interdum χρῶτα reperiri. Genetivo autem probato quanta verborum conturbatio: Αἴας δουρὶ ὀρέξατο — οὔπη χροὸς εἴσατο, scil. δόρυ — πᾶς κεκάλυφθ', sc. χρώς s. Ἕκτωρ multo planius expeditur oratio, si idem casus rectus in sequentibus duobus enuntiatis sit, sc. χρώς, in antecedente nondum memoratus. Quamquam id, quod Düntzer p. 90 contra genetivum praetendit, διά praepositionem male abesse, nihili est: cf. κονίοντες πεδίοιο sim.; et quotiens fere Aristonicus laudavit ὅτι λείπει ἡ διά? — N 450 Κρήτῃ ἐπίουρον· Herod. τοῦτο τριχῶς ἀνεγνώσθη. Z. γὰρ ὡς ἐπίκουρον ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ φύλακα. καὶ Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως. quibus Ascalonita obsecutus praepositionem παρέλκειν putat, ut in ἐπιβουκόλος. Tryphoni et Herodiano probata quidem prosodia vox a verbo ὁρᾶν videtur ducenda. alii Κρήτῃ ἔπι οὖρον. Spitzner omnia miscuit: neque enim dubitandum, utrum Z. ἐπίκουρον an ἐπίουρον dederit (in v. l. adeo legimus ἐπίκουρον Z.), neque dictum est quidquam, num, qui praepositionis ἀναστροφὴν praetulissent, etiam γ 422 βοῶν ἔπι scripserint, neque Ascalonita his assentitur. Nonnullos ἐπιοῦρος legisse primus Düntzer p. 53 narravit. Vix quidquam adjiciendum sit iis, quibus Lehrs. Ar. 114 (cf. 326) sqq. rem absol-

vit. — Ξ 259 Did. οὕτως ἐν πάσαις, δμήτειρα Ἀριστοφάνης καὶ Ζ. μήτειρα. quod si conjecerat tantum, perdidit operam. meminisse enim debebat, de Nocte dici solere nonnulla quidem ad v. δμήτειρα apte, nihil, secundum quod mater omnium communis videretur esse, ut apud Hesiodum; ex libris igitur fortasse hauserit. Ex Synesio Lobeck. parall. 214 laudavit μάτειρα φύσις, et in hymn. Hom. 30, 1 legitur γαῖαν παμμήτειραν, cujus masculinum haudquaquam, ut Spitznerus putat, est παμμήτωρ — quidnam est matris genus masculinum? — sed et ipsum femininum: Aesch. Prom. 90. Soph. Ant. 1267 Herm., ubi παμμήτηρ cod. Aug. exhibet. cf. δυσμήτηρ Hom. ψ 97 et δυσμάτωρ Aesch. Suppl. 65; ἡ παμβώτωρ Stasin. in scholl. Il. Α 5 AD, et πουλοβότειρα; ἡ πολυάνωρ Aesch. Ag. 62 et βωτιάνειρα; pro αὐτομήτορα si quis vellet αὐτομήτερα Simon. Am. 6, 12 Bergk. Opp. Hal. 1, 88 πολυμήτηρ pro πολυμήτωρ, pro μουσομήτωρ Aesch. Prom. 462 μουσομήτηρ, eum iam castigat Lobeck. Phryn. 659. — Ω 512 Ζ. δὲ στεναχὴ διὰ τοῦ ε. ἐκπίπτει δὲ τὰ διὰ τοῦ ε ῥήματα ἐν τοῖς ὀνόμασιν εἰς τὸ ο, λέγω λόγος, μένω μονή· οὕτως στενάξαι στοναχή. cf. ε 83 Pal. Harl. διὰ τοῦ ε, στεναχῇσιν αἱ (ἡ Nauck. Aristoph. Byz. 21) Ἀριστοφάνους. Hic nondum potui mihi persuadere non errasse Aristarchum, quod non a verbo στένω potius derivavit et στενάχω et στεναχή eodem modo, στοναχή cum v. στοναχέω a v. στονάχω (Hesych. στονάχων, στενάζων). Mützell. de emend theog. p. 65 optime contulit ex ratione sermonis Graeci ἄρχω — ἀρχή v. Lobeck. ῥημ. 258. — Α 567 ἀάπτους. Herod. οὕτως ψιλῶς προενεκτέον· οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος· ἤκουε δὲ τὰς δεινὰς καὶ ἀπτοήτους· ὁ δὲ Ζ. καὶ αὐτὸς ὁμοίως τῷ πνεύ-

ματι, εἰς τὰς ἰσχυρὰς δὲ μετελάμβανεν. Aristophanes ἀέπτους pro ἀποῤῥήτους (Nauck. 212.) Qui ἀπροςπελάστους ἀποδιδόασιν, ἀπὸ τοῦ ἅψασθαι, ὧν οὐδεὶς ἂν ἅψαιτο δι᾽ ἰσχύν, non aliam viam sequi videntur quam Z. interpretationis, qui non item expressit asperum spiritum, praesertim cum totam interaspirationis doctrinam Aristarchus demum in medium protulerit. cf. Lehrs. Ar. 316 sqq. et 143 sq. Perperam in hoc nomine reliquerunt Zenodotum posteri. — B 658 Arist. ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Z. γράφει Ἡρακλείῃ καὶ ἄμετρον ποιῶν καὶ οὐχ Ὁμηρικὸν τὸ σχῆμα. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἡρακλῆος Ἡρακληείῃ ἐκπίπτει. v. et E 638, ubi Spitzner omisit. Si recte Düntzer. p. 22. conjecit articulum τῇ et τήν Zenodotum interposuisse, metrum hic quidem servaverat, sed neque numeri suavitatem, neque usum Homeri, qui et articulos praepositivos pro demonstrativo pronomine longe plurimos posuit, et ab Ἐτεοκλῆς declinavit Δ 386 βίης Ἐτεοκληείης. — δ 477 διιπετέος· schol. Q Harl. Z. δὲ διιπετῆ τὸν διαυγῆ ἀποδίδωσι. διὰ τοῦτο καὶ γράφει διειπετῆ. idem schol. B. P 263 (non multum tribuo auctoritati lectionis Ζηνόδωρος etiam ad Odysseae locum cod. E exhibitae: saepe enim haec nomina inter se permutata sunt. de qua re novissime dixit O. Schneider l. l. post Wolfium prolegg. p. 130. Mützell. I. l. p. 282. Düntzer. 25. cf. Lehrs. Ar. 227 et Osann. l. l. p. 116). Ut Alexandrinum Z. hic intellegamus cum Spitznero, nulla omnino causa est, quippe cui ex scriptis a Suida sub nomine Ζηνόδοτος collectis nil praeter librum πρὸς τὰ ὑπ᾽ Ἀριστάρχου ἀθετούμενα dandum esse viderit O. Schneider. Duas autem, quas invenerat, adjectivi διιπετής sive διοπετής significationes, unam „lapsus de coelo“ (sic in Et. M. leguntur: καὶ ὁ κεραυνὸς

διιπετής, ἀπὸ Διὸς πίπτων ἢ πετόμενος, ὅθεν καὶ διιπετεῖς συμφοραί, et apud Plut. Mar. 21 ὕδατα διιπετῆ, apud Nonn. D. 5, 220 ἄνεμος δ. — διοπετὲς ἄγαλμα Eurip. frgm. apud Valcken. diatr. p. 60), alteram „pellucidus, splendens" (Eurip. Bacch. 1266 de aethere λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διιπετέστερος. Et. M. 275 καὶ πεδίον δὲ διιπετές, νοτερὸν καὶ δροσῶδες. Eurip. Rhes. 43 πυραίθει στρατὸς Ἀργόλας πᾶσαν ἀν' ὀρφνάν, διιπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖς σταθμά. Erotian. 132 διηπετὴς ὁ γόνος. ἀντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός, unde Dindorfius in Stephani Thesauro emendavit Et. M. καὶ διιπετὴς γονή pro γυνή), has igitur etiam litteris voluit distinguere, maluitque fluvios insignes Nilum, Scamandrum, Sperchium (Hom. Π 174) in alteram incidere (non illam tamen nisi ex priore derivatam), quam cum aliis interpretari οἱονεὶ ὁ ἀπὸ Διὸς πεπτωκώς, ἢ ὑπὸ Διὸς πληρούμενος. Ad mediam vocalem mutatam cf. Lobeck. paralipp. 23. vv. Διιτρέφης, Διοτρέφης, Διειτρέφης. — Düntzer p. 117 nova nos donavit forma Aristarchea ex schol. V Π 234, ubi cum legantur: δυσχειμέρου· οἱ περὶ Ζηνόδοτον π ο λ υ π ί δ α κ ο ς διὰ τὸ Καλλιμάχου κρηνέων τ' Εὐρώπῃ (Ἐλλοπίῃ O. Schneider) μισγομένων ἑκατόν", de suo v. d. Aristarchum ubique πολυπίδακος, πολυπιδάκου exhibuisse scripsit.[8]) Iam lege quos ipse vir doctissimus in subsidio posuit locos: Did. Ξ 157 Ἀρίσταρχος π ο λ υ π ί δ α κ ο ς (Ἴδης), ἄλλοι δὲ πολυπιδάκου. Ariston. οὕτως πολυπίδακος, ἀπὸ τῆς πολυπῖδαξ· καὶ κατὰ τὸ ἁπλοῦν· „πίδακος ἀμφ' ὀλίγης" (Π 825) τὸ δὲ διὰ τοῦ υ γράφειν τελέως ἄγροικον. Υ 59 Did. οὕτως

8) „Ceterum nescio an recte ex hac scriptura colligas, Zenodotum nusquam cum Aristarcho πολυπιδάκου, sed πολυπίδακος legisse." an hoc, „cum Aristarcho" de v. πολυπίδακος intellegendum?

'A., πολυπίδακος ("Ιδης), ἄλλοι δὲ πολυπιδάκου. Ψ 117 πολυπίδακος. οὕτως A., ἄλλοι δὲ πολυπιδάκου. — O 179 Did. A. ἐκ πλήρους τὸν σύνδεσμον 'Αρίσταρχος. V κάκεῖνος (l. καὶ κεῖνος) ἐκ πλήρους, ὃ καὶ ὁ Z. γράφει· sed ex M 348 sequitur Aristarchum demum constanter Ionica dialecto hac in re usum fuisse. Incerta profert Düntzer p. 59. — De forma οὐθέν, quam apud Zenodotum fuisse σ 130 Ammonius et Eustathius tradiderunt, v. Düntzer. p. 55. — Utrum αὕτως, an αὔτως constanter scripserit, dubitandum est. Nam in Odyssea quidem λ 93 lenis spiritus nomini ejus tribuitur ab schol. Harl., ad Il. N 447 (οὕτω, διὰ τοῦ ο 'Αρίσταρχος, Z. διὰ τοῦ α) de spiritu nihil traditur. Σ 198 neutrum dederat, sed αὐτὸς ex inutili emendatione, Σ 584 (ubi A. αὕτως) et μ 284 improbante Aristonico, probante schol. Harl. οὕτως. Vide tamen quid Düntzer p. 87 inde derivaverit: „N 447 Z. αὕτως et σ 584. — altero loco Iliadis Aristonicus Zenodotum male vituperat, ignorantem ὅτι τὸ αὕτως (αὔτως in Bekkeri editione) ἐστὶ κενῶς καὶ πρὸς οὐδέν.“ imo ignorantiae eum omnino non accusat, sed levitatis, cum non intellegeret ἦθος, quod ex scriptura αὕτως loco accederet. — E 132 Did. Z. τὴν οὐτάσαι (sic Pluygers. e cod. p. 11). διχῶς 'Αρίσταρχος, καὶ οὕτως· τήν γ' οὐτάμεν, καὶ χωρὶς τοῦ γέ, τὴν οὐτάμεν. Οὐτάσαι est infinitivus aoristi verbi οὐτάζειν; itaque tempus quamvis nil differat ab Aristarcheo, Düntzer p. 79 differentiis temporum hunc locum apposuit. — N 449 schol. V ἴδῃς· οὕτω Z. 'Αρίσταρχος δὲ ἴδη διὰ τοῦ ι. eodem pertinet διπλῆ π. A 203, ubi Arist. ὅτι χωρὶς τοῦ σ τὸ ἴδῃ (quae sequuntur, sunt ex Didymo excerpta). cf. Γ 163. Observasse sibi videbatur Aristarchus medium hujus verbi

subjunctivum praeferre poetam activo, reprehensus propterea per grammaticum in Crameri anecdd. Ox. 1, 289 mire turbatum: Ἴδῃ· ὄφρα ἴδῃ πρότερον πόσιν (Γ 163). Ζ. γράφει ὄφρα ἴδῃς (sic) καὶ ἵνα ὕβριν ἴδῃς (Α 203). Ἀρίσταρχος δὲ ὄφρα ἴδῃς. ἑκατέρως δὲ ἀφορμὴν ἔχει. ἡ μὲν Ζηνοδότου β' ἀορίστου, ἡ δὲ Ἀριστάρχου μέσου ἀορίστου ά. (sic.) οὔπω γὰρ τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι (Α 262), καὶ τὸ δεύτερον ἴδῃ. καὶ ἡ μὲν Ζηνοδότου Ἰακή, ἡ δὲ Ἀριστάρχου κοινή. οὐδέποτε οὕτω κοινῷ χρῆται, ἀλλ' ἐπεκράτησεν ἡ Ἀριστάρχου. Itaque Aristarcho tantum debetur, quod pluribus nunc in locis medium reperitur hujus quidem aoristi, quam activum genus. Aliorum verborum mediam formam Zenodotus, Aristarchus activam amplectebatur. λ 249 Harl. τέξεις· οὕτως Ἀ., Ζ. δὲ κακῶς τέξει (Pors. τέξεαι, ne Atticum induxisse videretur sermonem Zenodotus). μ 297 Harl. Vind. βιάζετε· Ζ. βιάζεσθ' (ex Porsonis emendatione) οἷον ἐόντα, οὐ νοήσας ὅτι ποιητικῶς ἐσχημάτισται, timens hoc loco ἅπαξ εἰρημένον. — Ι 506 Arist. ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζ. γράφει φθανέει· ἐκτατέον δὲ διὰ τὸ μέτρον (sic enim transposuerim). cf. schol. V Φ 262. non foret praesens, sed futurum tempus φθανέει. — Λ 799 ἴσκοντες· Herod. Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφειν, ἐπεὶ ἐν ἑτέροις, φησί, τὸ κατὰ διαίρεσιν αὐτοῦ ὁρᾶται εἴσκω λεγόμενον· „εἴσκω πηγεσιμάλλῳ“ (Γ 197), schol. V Ζ. διὰ τοῦ ι. et Π 41 Ἀρίσταρχος ἐκτεταμένως ἀναγινώσκει παρὰ τὸ εἴσκω (Lehrs. εἴσκω) ἐκδεξάμενος, nescius hanc non esse diaeresin, sed duplicationem FEFIΣΚΩ (Buttm. Lex. 2, 82). V. praeterea quae Lehrs. Ar. 105 sq. collegit. — Π 10 ποτιδέρκεται· Did. Ζ. προςδέρκεται. — De imperativo Fέ-Fειπε v. Düntzer. p. 61. — Penultimam perfecti βέ-

βρυχα cum nollet correptam (cf. P 264); dedit P 54 ὅϑ' ἅλις ἀναβέβροχεν ὕδωρ, i. e. quando satis imbibit aquae sc. ὁ χῶρος auctore Lobeckio in Buttmanni gr. Gr. II., 133.

(Reliqua propediem edentur.)

VITA.

Natus sum ego Woldemar Ribbeck die XVII. m. Febr. h. s. a. XXX. Erfordiae patre Friderico, matre Julia e gente Natan. fidei addictus sum evangelicae. Postquam secundum aetatis annum confeci, rebus Silesiae sacris patre praeposito lares transtulimus Wratislaviam, ubi per pueritiam jucundissimam ad literas accessi. Elementa domi edoctus, deinde gymnasii Fridericiani discipulis sum adscriptus quod id temporis rectore Ludovico Kannegiessero florebat. Undecim annis post demigravi cum parentibus et fratribus in hanc arcem regni, ubi patrui carissimi auspiciis in gymnasium Berolinense Leucophaeum transii. Optimi praeceptores cum operam navassent mihi educando, maturitatis testimonium adeptus rectore Friderico Bellermanno m. Septembri h. s. a. XLVIII. junctusque in hac urbe universitatis civibus literarum a rectore magnifico Ioanne Muellero nomen dedi apud Magnum philosophorum ordinis decanum. Per quadriennium abhinc interfui philologicis lectionibus et Böckhii, cujus

clementia contigit, ut opusculo de Dionysiis Atheniensium conscripto ante haec tria semestria inter sodales philologici seminarii ordinarios reciperer, et Lachmanni, Bekkeri, Toelkenii, Meinekei, Heysei, Curtii utriusque, Hertzii; philosophicis et paedagogicis Trendelenburgii, Benekei, Werderi; historicis Rankei, Geltzeri, Köpkei. Quibus omnibus illustrissimis clarissimis viris quantum debeam, numquam ex animo excidet.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. „Assuescere ingenium — solutae orationis elegantiis et artibus judicandis; ad quod ipsum mihi quidem major quaedam maturitas judicii videtur opus esse, quam ad virtutes poetarum sentiendas.“ (F. A. Wolf. epist. ad Reizium p. XI. ed. Lept.)
2. Hom. Od. β inde a v. 208 usque ad v. fere 337 alius cognoscitur poeta, atque in antecedentibus et sequentibus.
3. Il. Γ 278 legerat Zenodotus καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντες κτλ.
4. In scholl. Venn. A 68 κατ' ἄρ' ἕζετο· ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἐκαθέζετο· [οὐκ ἐᾷ δὲ ἑλληνίζειν τὸν Ὅμηρον· ὥσπερ γὰρ οὐδεὶς (Pluyg. 11) λέγει ἐκατέβαινεν, οὕτω οὐδὲ ἐκαθέζετο] ea quae uncinis inclusi, non sunt Aristonici.